Tres dulces Horae, Charites totidemque puellae.
Triplex foemineus me miſerum angit amor.
Triplex num iaculum miſiſti, dire Cupido,
In me non unum, ſed tria corda petens.

LIII.

Heu, anima infelix, iterumne in pectore ſtridet
Quod deſaevierat vulnus Amoris atrox?
Ah! precor, ah! male ſana, precor, cinerem cave turbes
Ne vires capiat flamma ſepulta iacens.

Nam

Nam tibi ſecurae nova Amor ſi vincula nectat,
Tum te, te profugam verbera dura manent.

LV.

Semper in aure ſonus mihi notus tinnit Amoris,
Clam deſiderii plurima gutta cadit.
Nec me luce ſopor recreat, nec nocte reviſit;
Ex philtris cordi nota relicta meo.
Advolitare quidem volucres didiciſtis Amores,
At nulli veſtrûm vertere terga lubet.

LVI.

Durus Amor, durus! Sed cur ego ſaepius idem
Conqueror et lacrymans ingemo: Durus Amor!
His puer irridet, patiens mala, mente triumphat,
Nec dolet opprobriis, ſed magis hiſce viget.
Mirum prodigium, quod glauca ex aequoris unda
Tantum ignem genuit Cypria, nata maris.

LVII.

Quid mirum, trucibus ſi dire ridet ocellis
Atque ignita iacit tela ſceleſtus Amor?
Ardet mater amans Gradivum, Mulciberoque
Nupſit, cum flammis enſeque iuncta ſimul.
At perculſa Noti matris mater boat unda;
Ipſe fuit genitus nec patre, neve pater.
Hinc flammis urit Vulcani, vi maris alti
Inſurgit, Martis tela cruenta gerit.

LVIII.

Tradam, per Cypriam! tua ſaevis omnia flammis,
Arcus et pharetram promtaque ſpicula, Amor.

Tradam. Quid temere rides atque ore protervo
Ludis? Sardonius mox tibi riſus erit.
Abſciſſis rapidis ad corda ferentibus alis,
Iniiciam pedibus ferrea vincla tuis.
At Cadmi potiar palma, ſi cepero duris
Crudelem laqueis te prope ſepta lupum.
Migra, invicte puer, migra et talaria ſumens
Ad iuvenes alios te, rogo, tolle levis.

LX.

In Aſclepiada.

Aſclepias, veluti placidum mare, ſuadet ocellis
Caeruleis Cypridos caeca ſubire vada.

LXIV.

In Lycaenida.

Dic dominae Dorcas: „Tepidam mentita, Lycaeni,
„Ardes. Detegitur tempore fictus amor."
Haec Dorcas dominae, mandataque ſaepius iſti
Narra, ſic iubeo, Dorcas, abique volans!
Haud mora. Iam properes! — Ah! paulum reprime greſſus!
Quo tendis, Dorcas? non, puto, cuncta tenes.
Adiicias dictis — ſed quid temerarius addam?
Conduntur melius. — Non, age! cuncta refer!
Nec parcas facilis. Cur te tamen, impigra Dorcas,
Mitto? Dum prodis, ipſe ego carpo viam.

LXV.

In Demo.

Perfide, cur iterum ſuperadſtas, Phoſphore, lectis? —
Me Demus tenerae corpus amore fovet.

O utinam redeas fiasque benignior Heſper!
O lux, lux aliis dulcis, amara mihi!
Alcmenes precibus iuſſisque Deûm Patris ante
Ceſſiſti. Regredi non tibi, ſtella, novum.

LXVI.

Phoſphore cur ſubito ceſſas inimice redire,
Poſtquam ex alterius pendet amica labris?
Aſt mihi, cum teretem teneo, cur ocius adſtas,
Effundens in me, perfide, triſte iubar.

LXVIII.

In Timarium.

Vincula ſentit Amor, volucris dum pervolat auras.
Timarium, eſt oculis captus et ille tuis.

LXIX.

Captus Timarii lepidis Diodorus ocellis,
Ignes in iuvenum qui modo corda tulit,
Vim ſentit Veneris. — Nova me miracula turbant:
Aeribus e flammis excita flamma furit.

LXXIII.

In Phanium.

Interprete Bernardo Moneta *).

Velivolae pinus, quaecunque Aquilonis egentes
Helleſpontiacum finditis aere ſalum,
Si mea ſe vobis in Coo Phanion offert
Littore, venturas proſpicit unde rates,

*) Publici iuris fecit Brunckius in Lection. p. 313.

Haec illi pro me vos pauca: „Quid anxia nautam
„Expectas? peditem dux tibi sistet Amor."
Nulla mora: his dictis, Boreas a puppe secundus
Flabit et ad portum lintea vestra feret.

LXXIV.

In Zenophilam.

Formam Zenophilae Cypridos puer obtulit almae,
Cypris blanda tori dona decusque Charis.

LXXVII.

Tres Charites triplicem sociae nexere coronam
Zenophilae, triplici qua viget ista modo.
Altera namque cutem teneram dedit, altera formae
Miras delicias, altera dulce loqui.
At Cytherea tori tibi gaudia blanda ter auxit,
Ter Suada alloquium, ter decus oris Amor.

LXXVIII.

Suave melos (per Pana!) cava testudine ludis,
Zenophile, doctum suave simulque melos.
Quo miser heu! fugiam? circumstrepit agmen Amorum,
Nec iam luce quies, nec mora nocte datur.
Huc me forma rapit, Charis huc, huc grata Camoena.
Singula quid referam? Totus in igne feror.

Idem Carmen

Interprete Hugone Grotio *).

Dulce canis, mea Zenophile, testudine mota;
Sic Arcas faveat Pan mihi, dulce canis.

Ah

*) Meminit Francisc. Vavassor in Libro de Epigrammate, c. 17.

Ah quo te fugiam? circum metantur Amores;
Nec requies puncto temporis ulla datur.
Hinc decor, hinc cantus tuus, hinc me gratia torquet.
Omnia quid verbis persequor? Ignis ego.

LXXIX.

Dormis Zenophile? Somnus non aliger isti
Insideam, germen dulce, supercilio,
Ne, Iovis indomiti qui solvit lumina fraude,
Advolet et custos sim tibi solus ego.

LXXX.

Exultat laetus scyphus hic, quod amabilis illi
Tangere Zenophiles ora iucunda datur.
Felix! o utinam, labris cupidissima labra
Coniungens, animam mox bibat ipsa meam!

LXXXI.

Albae iam violae florent et littora amantes
Narcissi, florent lilia, montis honos.
At quae rura colit, viridissima flore puella,
Zenophile, Suadae prodit amoena rosa.
Quid frustra nitidos crines ostenditis, agri,
Dulcia cum superat serta puella mea?

LXXXII.

En, age care culex! age nuntie fide celerque!
Pulchram ad Zenophilen haec, rogo, pauca feras!
„Te manet insomnis iuvenis tuus, immemor ipsa
„Dum dormis." — Cantus suavis amice vola!
Haud tamen haud incautus adi, sed falle maritum,
Ne mihi zelotypas dein paret ille manus.

Sin

Sin ipsam adducis, dabitur tum flava leonis
Pellis, tum dextrae clava ferenda tuae.

LXXXIII.

Stridentes culices, avidissima turba cruoris,
Immitis, noctis gaudia grata fugans,
Paulum Zenophilae, paulum, rogo, parcite somnis
Dulcibus! Ipse lubens pascere membra dabo.
Verum ego cur mitis sic surdis blandior? acres
Invitat corpus suave calore feras.
Cede genus nocuum, tibi mando, cedite saevae!
Invida iam vobis ecce! parata manus.

LXXXIV.

Idaliae repeto natum, modo namque reliquit,
Expandens alas, sole oriente torum.
Est puer intrepidus, plorans ridensque maligne,
Velox, multiloquus, penniger, arma ferens.
At quo patre, latet; nec mirum, cum Mare, Tellus,
Arduus atque Aether hunc genuisse negant.
Tantum odium sequitur dirum! tamen, oro, cavete
Ne vestris animis mox nova lina paret.
Semper ad insidias promtus. Nec nunc in ocellis
Zenophiles latitans me fugis, Arcitenens.

LXXXV.

Vendatur, matris quamvis sopitus in ulnis,
Vendatur! monstrum cur male sanus alam?
Naribus est simus, levis alis, unguibus acer,
In risum solvens ora simulque dolens.
Idem multiloquus, iuga spernens, lumine acuto,
Saevus, ludibrio cui tenera ipsa parens,
Totus prodigium. Venum detur! Huc, age, flectat,
Si pueri indigeat, navita vela ratis!

Sed

Sed ſupplex lacrimas fundit. — Non vendo gementem.
Mecum, Zenophiles dulcis alumne, mane!

LXXXVI.

In Heliodoram.

Te vitam vitae, facundam te Heliodoram
Ipſe hic in noſtro pectore finxit Amor.

LXXXVII.

Saevos nutrit Amor vafer ungues Heliodorae.
Vulnus, quod feriunt, intima corda petit.

LXXXVIII.

Teſtis Amor, cithara minus aures mulcet Apollo,
Quam blandis animos Heliodora modis.

LXXXIX.

Facundas Charitas linguae dulcedine vincit,
Si quid ſentit amans, Heliodora Charis.

XC.

Languida ſerta fluunt circum caput Heliodorae.
Ipſa coronarum ſumma corona viget.

XCII.

Da mihi, da Veneris, da Pithus Heliodorae!
Heus, puer! atque iterum ſuaviloquae Charitis!
Namque erit illa mihi ſemper Dea. Dulcius ori
Dulci mixta Deae nomine vina fluunt.

XCIII.

Dic, puer, atque iterum dic: „Haec damus Heliodorae,"
Dic, age, commiſcens nomine dulce merum,

Et

Et decus heſternum capitis, quod tradidit ipſa,
Sertum impone mihi nardo et odore madens!
Plorat, ſorte mea triſtis, roſa, namque in amantis
Heu! ſedet alterius perfida amica ſinu.

CIV.

En tibi ſphaeriſtan alo Amorem? Proiicit iſte
In te cor ſaliens, Heliodora, meum.
Eſto Cupido tuus colluſor! Non ego pulſus
Probrum, quod vetuit iuſta palaeſtra, feram.

XCV.

Fer ſubito taedas et ad aedes Heliodorae
Tende, puer, rabies quo ſine lege vocat.
Ceſſas? Vnde metus? Vindictane terret Amoris?
Iuſto diſplicuit iam male fida Deo.
Non Divum petimus. Quis tam ferus eſt, ut Amori
Inſtet, cum ſocio bella nefanda gerat?
Haud mora, fer taedas et — quis ſonus? Heliodorae,
Intra cor iterum pectora forte mea.

XCVI.

Cur, vernas violas contemnens, Heliodorae
Inſequeris tenerum ſedula corpus apis?
An ſtimulum vt prodas dulcem ſimul haudque ferendum,
Quod cordi infixit blanda puella meo.
Haec me, dico, doces. Sed ſic mora nulla, recede.
Nil fert indicium nil, mihi crede, noui.

XCVII.

Vnum, magna Deûm rogo mater, Nox veneranda,
Te comitem choreae, conſociamque ioci,

Si

Si quis, forte morans ſub laenis Heliodorae,
Somnum tam tenero corpore decipiat,
Tum pereat lychnus quemque illa ſinu tenet, alter
Endymion, domitus membra ſopore, cubet.

XCVIII.

O Nox, o nunquam ceſſans amor Heliodorae,
Quaeque tuli fugiens vulnera grata labris,
Accenſamne facem nutrit mea? mente tenetne
In lecto viduo baſia mille data?
Suntne illi lacrymae ſociae? num tempore ſomni
Fallentis mecum iungere pectus amat?
An nova vota fouet? noua gaudia? Ferre, lucerna,
Haec veto. Sit rediens, quae fuit ante, pia.

XCIX.

O coma ſuaue fluens Demus, o Heliodorae
Sandalum, o Timarii limen odore morans!
O Anticleae riſu dulciſſima labra!
Tuque in Dorotheae crine corona recens!
Nullas condit Amor tua picta pharetra ſagittas:
Fixa in pectoribus ſingula tela meis.

CI.

Dirae in amicam perfidam.

Tandem te noui laſciuam, te male fidam.
Prodit te multo crinis odore madens,

Te

Te vigiles oculi, sed quos somnus grauis urget,
Te vinclum, capitis serta soluta tenens.
Vexatus misere conturbatusque capillus;
Multo inflata mero languida membra trahis.
Hinc procul hinc fugias! Sonat en! iam noctis amica
Pectis, iam laeta cymbala pulsa manu.

CII.

Fallere vis, noui, vis fallere! Conscia parce
Numina testari! Cognita cuncta mihi.
Hosne struis periura dolos? Tu solane dormis?
O pudor, oque fides! Haec iterumne iuuant?
Nonne tegis gremio iuuenem? non ipse ego vidi?
Ah! turpis fugias moecha probrumque tori!
Ast vt grata tibi praestem, tu praeter amantem
Cernere nil gestis: Sis, rogo, vincta diu.

CIII.

Dic, Nox, astra ferens, dic Phoebe, lumen amantum,
Tibia, dic choreae tu mihi fida comes,
Insomnisne premit lectum lasciva puella,
Insonti lychno tristia multa precans?
Anne fovet socium? — Foribus supplex ego duris
Suspendens lacrymis serta rigata meis,
Inscribam: „Spolium Meleager, mysta sacrorum,
„Queis Cytherea praees, hoc tibi dulce dicat."

CIV.

In nomine puellae.

Vos nobis testes, (alius non conscius vllus!)
Nox o sancta mihi tuque Lucerna vigil,
Fallere cum nunquam Theron, ego semper amare
Iurassem. Per vos mutua iuncta fides.

Foede-

Foedera nunc dicit ferri undis. Heu tenet illum
Alterius gremium, tuque, Lucerna, vides.

Idem carmen

Interprete Hugone Grotio. *)

Teſtibus eſt vobis, o Nox ſacra tuque Lucerna,
Iurando inter nos iure ſacrata fides.
Illa mei fore ſemper amans, ego fallere nunquam
Polliciti (teſtes eſtis uterque!) ſumus.
Raptari ſed aquis nunc foedera dicit et ipſum
In gremio alterius tute Lucerna vides.

CV.

Ad Phoſphorum.

Phoſphore, ave praeiens Auroram, Heſperque vocatus,
Quam nunc, dure, rapis, mox mihi clamque reduc.

CVI.

Ad gallum gallinaceum.

Contemtor ſomni, dire ales, tortor amantum,
Nocte canis media, quod latera ima ferit,
Lectum ſtansque ſuper mala noſtra illudis acerba,
Cedentem noctem, gaudia rapta tori.
Haec mihi, qui te alui, reddis? Per mane renatum,
Cras tu non crocis carmina amara tua.

CVII.

In cicadam.

Per deſerta canens, dulci ebria rore, cicada,
Agreſtem Muſam rura ſonare doces,

Sum.

*) Edidit Burmannus Sec. in Notis ad Propert. p. 315.

Summaque ferratis amplexa arbuſcula membris
E fuſco fundis corpore ſuave melos.
Edas monticolis edas nova ludicra Nymphis,
Alterno tentans carmine Pana Deum,
Vt natum Veneris fallam medioque calore
Solis ſub platano membra ſopore levem.

CVIII.

O deſiderii ſomnique medela, cicada,
Argutis alis ſuave per arva canens,
Viva mihi chelyos imitatrix, tange loquaces
Tange alas pedibus blandaque redde ſonos,
Vt liberes animum, curis inſomnibus aegrum,
Emittens cantus, queis requieſcat amor.
Matutina manent te praemia, ros et amoenum
Gethyum, labiis dona ſecanda tuis.

CIX.

Abdicat amore poeta.

Hoc munus, fidam Meleager pono lucernam,
Orgia quae coluit myſtica, Cypri, tua.

CXI.

In Bacchum.

Ex flammis natum Bacchum, nigraque favilla
Cinctum merſerunt flumine Naiades.
Deperit hinc Nymphas Bromius. Quem tu niſi prudens
Illis miſcueris, quod bibis, ignis erit.

Idem

Idem carmen

ex Anthologia Latina Burmanni. I. 22.

Infantem Nymphae Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inventum ſub cinere, abluerant.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa eſt,
Seiunctus quod ſit ignis et urat adhuc.

CXII.

Funde merum, miſero periens ardore! ſoporat
Flammas ille mali victor, Iacchus ovans.
Funde merum! pateris vino ſpumantibus hauſtis,
Pectora ab indomito feſſa dolore levas.

CXIII.

Cedo, Bacche ferox! Commeſſans te vocat agmen.
Duc, age! Quis renuat ſigna ſubire Dei?
Ex flammis genitus flammas in amore miniſtras,
Meque iterum religas ſervitioque premis.
Perfidus es fidusque ſimul. Tua condere mandas
Orgia ſollicitus, noſtra patere iubes.

CXIV.

In taurum hoſtiam.

Ad triſtes aras ſtat bos, Saturnie magne,
Vt vitae parcas, ſupplice voce rogans.
Ruricolae miſerere, precor! Cum tergore ferres
Europen, Superûm rex modo, taurus eras.

Idem carmen

Interprete Vincent. Obſopaeo. *)

Ipſe tibi ſupplex mugit bos ductus ad aram,
Iuppiter, ut vitet triſtia fata necis.
Mitis aratorem, Saturnie, mittito, quippe
Europes rector tu quoque taurus eras.

CARMINA SEPVLCRALIA.

CXVI.

In Phanii leporem.

Auritum leporem me matris ab ubere carae
Abreptum (miſeros edidit ore ſonos!)
In gremium accipiens aluit formoſa puella,
Phanion, et veris pabula larga tulit.
Nec me matris amor tenuit, ſed lautior aequo
Inque cibis nimius vae! perii ante diem.
Ad ſtabulum corpus nunc condidit, ut ſit amoenos
Per ſomnos epulum funebre praeſto mihi.

CXVII.

In Lycambidas.

Furvae Perſephones thalamus ſit teſtis et iſta,
Cui Manes trepidant, dextera magna Dei,
Virginitatis honos nobis quoque ſalvus in Orco:
Aſt illi inflixit multa nefanda probra

Ar-

*) V. Anthолog. Wechel. p. 50. Plura largitur cupientibus Rivini Florilegium Graeco-Latinum, Gothae 1651., p. 379.

Archilochus, ſpernens qui fortia facta virorum
Invaſit diro carmine molle genus.
Muſae, cur rabido riſiſtis? Vosne puellas
Verſibus infeſtis ſic lacerare decet?

CXVIII.

In Clearistam.

Non iuveni dulcis nupſit Clearista, ſed Orco,
Diſſolvens zonae vincla pudica ſuae.
Tibia nocte ſonans impleverat atria Nymphae,
Iam thalami dederat ianua laeta ſonum.
At redeunte die cantus mox flebilis ortus,
In numeros lugubres tum reſolutus Hymen,
Taedaque, luce torum quae ſparſerat ante iugalem,
Praeluxit triſti per loca tetra via.

CXIX.

In Heliodoram.

Largas mitto tibi lacrymas, o Heliodora,
Ad Styga, relliquias, queis litat aequus Amor,
Largas atque pias lacrymas. Has fundo doloris
Teſtes; hi latices triſtia buſta decent.
Te gemo, te miſeram Meleager plango ſub Orco;
Fruſtra: nam indomitum nil Acheronta movet.
Heu! quorſum germen nitidum? Raptavit Avernus,
Raptavit; violam ſordida arena tegit.
Ah, precor, alma, precor, Tellus ſis lenis et ipſam
In placido teneas, mater amica, ſinu.

CXX.

In Aeſigenem.

Qui tibi, magna parens, oneri, dum vita maneret,
Non fuit, Aeſigenem contege Terra levis.

CXXII.

In Philaulum.

Hoſpes et Umbra.

H. Dic, age, ſcire velim, qui ſis, cuiusque? *V.* Philaulus,
Eucratidae natus. *H.* Patria cara? *V.* Thria.
H. Quod genus arriſit vitae? *V.* Non rura colentis,
Nec nautae. Sophiae fidus alumnus eram.
H. Morbone an ſenio periiſti? *V.* Sponte ſub Orcum
Deſcendi, miſcens pocula ſaeva mihi.
H. Grandaevus? *H.* Valde. *V.* Placidus tellure quieſcas!
Praeceptis rigidis conſona vita fuit.

CXXIII.

In Charixenum.

Ter ſenis annis, o Charixene care, peractis,
Sperabas chlamydem, nobile matris opus.
Cum raptum ſcopuli rierent aequaevaque turba,
Multa gemens, humeris triſte ſubiret onus.

Non

Non Hymenaea, meras nuptae cecinere querelas,
Vberis heu! matri praemia falsa data,
Et vanos partus. Vae! vae! mandastis, acerba
Numina, spirogonae gaudia spemque Notis.
Nil, nisi vota pios aequales, flere parentes,
Et queis notus eras, fata dolere manent.

CXXV.

Meleager in semet ipsum.

Incede, o hospes, lenis! Iacet inter amicos
Manes, compositus membra sopore, senex,
Eucratides, dictus Meleager, qui sibi iunxit
Musas et Charitas, cui fuit hospes Amor.
Hunc divina Tyrus Gadarûm nutrivit in arvis,
Cos tenuit, Meropum dulcis alumna, senem.
Dic, Syre, quaeso, Selom, Phoenices Audonis edant,
Graii Χαῖρε suum! Χαῖρε nec ipse nega.

CXXVI.

Nutrix blanda mihi Tyrus insula, patria terra
Vrbs Atthis, Gadari quam coluere Syri.
Eucrate natus ego Musas Meleager amavi,
Et iuvenis petii serta, Menippe, tua.

Sin, peregrine, Syrus, quid tum? Mortalibus una
Eſt ſedes, tellus, una parensque, Chaos. —
Ante obitum tabulis mandavi haec languidus annis,
Haud procul a ſenio Tartarum abeſſe, memor.
Dulce vale dic, quaeſo, ſeni (petit umbra,) loquaci,
Vt quoque te ſenium dulce loquaxque beet.

NOTAE

IN

MELEAGRI

CARMINA.

NOTAE
IN
M. E L E A G R I
CARMINA.

I. Offert hoc carmine Meleager Anthologiam a se conditam amico Diocli poetasque, e quorum collectionibus suam constituerit, illi indicat. Suavi vero in his allegoria utitur. Librum enim suum coronae, e floribus, ramis et fructibus nexae, comparans, ipsorum poetarum indolem genusque scribendi brevi quidem sed feliciter saepe exponit. De singulorum patria et aetate cum Fabricius in B. G. II. 5, 9. et III. 28, 7. et post hunc VV. Cll. Reiske in Notitia litteraria, Cephaleae Anthologiae adiecta, et Schneider in Analectis criticis Fasc. I. 1. satis accurate iam egerint, horum autem scrinia compilare pudor, augere locus et institutum prohibeat, sufficiat, Lectores ad istos ablegasse, notisque pauca, quae addere forte liceat, reservare. Caeterum recte cum nostro comparetur prooemium, quod Philippus Thessalon. Coronae suae praeposuit, editum a Brunckio T. II. Anal. p. 211.

1. πάγκαρπον ἀοιδάν. Cum ex diversis nobilissimorum auctorum Idyllis, Hymnis, Epigrammatibus, longo ordine sese excipientibus, Anthologiam suam Meleager conflasset, non inepte eam ἀοιδὰν seu unicum quasi perpetuumque carmen, et ob argumentum varium πάγκαρπον vocavit. Nec ma-

magis a re alienus, quem mox eidem collectioni tribuit, titulus στεφάνη: Graecis enim, ut docte ad Solin. Salmasius p. 596., κύκλος et στέφανος omne opus praestans et absolutum. De voce ὑμνοθέταν dictum in V. L.

3. ἀριζ. Διοκλεῖ. Quis fuerit hic Diocles, cui vel genus vel fama ἀριζήλε cognomen pepererunt, frustra, ut puto, quaeritur. Notus quidem (v. Reisk. in Not. litt. Poet. Anth. p. 206.) Iulius Diocles Caryſtius, epigrammatum ſcriptor, cuius reliquias dedit Brunck. T. II. Anal. p. 182. et alter Diocles, Antigoni Gonatae medicus haud ignobilis, ſed ille iunior Meleagro, hic, quod omnes vident, antiquior.

5. 6. Graecorum κρίνον, cui λευκὸν plerumque addunt, Latinis album lilium eſſe, ſatis oſtendit Salmaſius in Hom. H. I. c. 24. Liliorum ſpecies λείριον ſine dubio fuit, quod cum quidam cum narciſſo confundant, plures tamen et noſter ipſe v. ſeq. ſeiungunt. βαιὰ μὲν ἄλλα ῥόδα. *pauca quidem, ſed praeſtantiſſima carmina*: nam multa fuere, in quibus, teſte Suida, Sappho ingenium ſuum exercuit.

7. Μελανιππίδου. Poetam huius nominis, cui Suidas διθυράμβων βιβλία πλεῖστα tribuit, cum Martino intelligam, inprimis ob ὕμνους τόρους h. e. ſonoros, amabat enim genus dithyrambicum numeros pleniores. Notum vel ex Luciano φωνὴ λαμπρὰ et φθέγμα τορὸν de voce clara et acuto ſeu vehemente ſono. Pro ſimplici νάρκισσον Μελ., ut κρίνα Ἀνύτης, doctius, forte argutius dixit νάρκ. ἔγκυον M. ὕμνων *narciſſum Melanippidae carminibus gravidum*. Vereor ſalrem, ne nimis ſubtiles ſint, qui ipſum illud poeſeos genus, verborum tumore celebre, per ἔγκυον notatum eſſe putent.

8. Οἰνάνθη, interprete Heſychio, ἡ ἔκφυσις τῆς ἀμπέλε, καὶ φυτὸν ἄτω λεγόμενον, idque, ut monuit Theophr. Hiſtor. Pl. 6, 7., βοτρυώδες καὶ λευκὸν, unde ſuſpicio facile enaſci poſſit, ſermonem h. l. de herba *oenanthe* eſſe. Sed priorem vocis ſignificationem poſcit adiectum κλῆμα et admiſit iam Salmaſ. in Hom. H. I. c. 29. Noſtrates dicerent *der junge Weinblüthenzweig des Simonides*.

9.

9. 10. De iride agrefti optime ad huius verſus epitheta explicanda Plin. 21, 7. „Radice commendatur iris, unguentis naſcens; et paulo poſt: Floret diverſi coloris ſpecie, ſicut arcus coeleſtis, unde et nomen." Plura de eadem loca collegit Salmaſ. libro laud. c. 22. Mox de Noſſide prorſus egregie ἧς δέλτ. κηρὸν ἔτ. Ἔ. *cuius tabellas ipſe Amor cera obduxit.* Dulce miniſterium, nec ingratae, quantum ex poetriae reliquiis patet, praeſtitum.

11. σάμψυχον herbam aromaticam eamque ex amaraci genere eſſe, nemo eſt, qui neget; an ipſum amaracum, quod Plinio, 21, 22. Heſychio aliisque placuit, in dubium vocavit Salmaſ. libro laud. 13., et habet in v. 41. quo ſe defendat. De Rhiani patria locus nobilis apud Steph. Byz. in Βήνη.

12. Ἠρ. παρθ. κρόκον pro κρόκον Ἠρ. παρθενόχρωτος h. e. παρθένε: innupta enim, ſi fides Suidae habenda, et admodum iuvenis Lesbia Erinna deceſſit. De voce γλυκὺν, quod ad odorem referam, conferri poteſt Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 83. Mox ſimili modo v. 13. iunctum legimus λῆρον ὑάκ. pro ὑάκ. Ἀλκαίε λάληρε, niſi quis forte ad hyacinthum inſcriptum, de quo Moſchus 2, 6. Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, alludere noſtrum malit. Caeterum cogitandus non antiquior ille Alcaeus Mytilenaeus, ſed recentior quidam Meſſenius, quem ſub Philippo Perſei patre vixiſſe aiunt.

14. Σαμίε. Poetam huius nominis, non civem urbis Sami intelligo, nunquam enim hoc carmine poetas per patriam deſignavit. Nobilem illum olim fuiſſe, ex lauri ramo, quem ei tribuit, coniicere licet. Vtrum idem Samius, cuius duo epigrammata Brunckius dedit, quis pro certo affirmet?

17. ἀπέθρισε ſc. Μελέαγρος, ut v. 3. Βλαισὴν ob brachia late diffuſa et diſtorta. ὑγρὰ ἔρνεα, ſi vera lectio, interpretor ramos ſucci plenos adeoque teneros, lentos. At vereor, ne nomen proprium, ad καρύης referendum, ſub οἴνης lateat. Notum κάρυον Πεντικὸν, Ἰνδικὸν etc.

19.

19. 20. λεύκη *populus alba*, quae alias ἀχερωΐς. Cf. Dioſcor. 1, 88. σίσυμβρον et σισύμβριον, de quo multus Dioſcor. 2, 156., Latinis eſt *lepidium agreſte*, nobis *Waſſerkreſſe*, Veneri (v. Ovid. Faſt. 4, 869.) in primis amatum adeoque Niciae, ſi idem, quem ex Theocr. Id. 11. novimus, forte non ſine cauſſa tributum. De παράλω ſeu παραλίῳ, ſpecie tithymali, quae et lactuca marina, legendus Plin. 26, 8. et Dioſcor. 4, 164. Ipſius Euphemi nomen nusquam alibi obvium.

22. ϛυφ. μ. α. μέλ. vel, ut Martinus putat, ob acerbum poema in Ibin, vel, quod Reiskio placuit, ob voces inſolentiores fabulasque reconditas, a lectione hymnorum deterrentes. At cur noſtrum non ad ipſa Callimachi epigrammata reſpexiſſe credamus? licet enim multa vere mellita, aliis tamen nec virus admixtum deeſt. Caeterum non ſolum flores arborumque ramos, ſed fructus quoque, in iisque baccam, ex qua (v. Plin. 15, 29.) ſuave vinum premebatur, in ornamentis coronae memorari, nemini mirum fore exiſtimo.

23. Εὐφοριωνος. Chalcidenſem intelligo, cuius elegias amatorias Cornelio Gallo verſibus Latinis translatas Servius laudat. V. Fabr. B. G. II. 19. p. 678. Sequens v. per ambages ſignificat poetam Dioſcoriden, qui ob nomen ab ipſius Iovis filiabus, Muſis nimirum, adſcitum, ἄμεινον ἐπωνομίην quam Euphorion, habere dicitur: nam cur floris nomen in ἄμεινον latere putemus, cauſa nulla eſt. Vtrique poetae, ut infra v. 45. Hecylo et Poſidippo, flos communis tribuitur. Caeterum quo tempore Dioſcorides floruit nusquam certum indicium extat; terram, qua plurimum vixit, crebra Nili et Adoniorum mentio prodit.

25. Ἡγήσ. μανιάδα βότρυν an, quia calidos amores carmina Hegeſippi ſpirabant? In fragmentis tamen nihil eſt, quod ſententiam adiuvet.

27 — 30. μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνων Δ. *malum ex ramis, qui Dionymi frontem cingunt.* nam ἀκρέμονες βλαξοὶ κλάδοι. Heſych. De Menecrate Smyrnaeo et Phaenno undique altum ſilentium. De Simmia Rhodio, cuius Muſam ſilveſtrem *eduli fructui piri in montibus natae* comparat, v. Fabr. B. G. III. 17. 14.

31.

31 Ἐν δὲ -- Παρθ. Suaves Parthenidis poetriae laudes, cuius collecta carmina *prato non vituperando*, i. e. optimis floribus abundanti, comparat. Est vero ἐν δὲ σέλινα, διακ. βαιὰ ἄνθεα σελίνου, simplici ἐνέπλεκε δὲ καὶ βαιὰ ἄνθεα σελίνε, διακνιζομένα ἐκ λ. ἀμο. Π. Ex variis apii generibus hoc loco apium pratense seu palustre, floribus albis nobile, intelligendum esse videtur. Caeterum Parthenidis ut scripta, sic nomen interiisset, ni hic versus memoriam servasset.

33. Λείψανα - σάχυας. Et hoc egregie. Nam dum Bacchylidis carmina *flavas aristas* hasque *dulcium Musarum reliquias frugiferas* appellat, recte innuit, Musas ipsas poetae carmina sua dictasse omnemque gloriam, ex illis proficiscentem, concessisse. De Bacchylide consulendus Fabr. in B. G. II. 15, 21.

35. 36. Ἐν δ' ἄρ' - ἀνθέμιον. Impeditissimi versus, nec sine melioris codicis ope expediendi. Quod statim in limine offendit, Ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρέοντα, defendi posse arbitror ex v. 21. et 45. Dixit pro Ἀνακρέοντος ποιήματα ἐνέπλεκε. Nec dubium, non de Anthemii, nescio, cuius? elegis, sed de ipsius Anacreontis tum odis, tum elegis, sermonem esse. At dure profecto dictum μέλισμα νέκταρος pro μέλ. νεκταρέον, quid? quod, ex more Meleagri, floris nomen, non merum epitheton desideres. Haec prima difficultas. Altera, haud minor, est in verbis εἰς ἐλέγας εὔσπορον ἄνθεμιον, quae utrum *anthemium foecundum elegis* commode verti possint, iure forte quaeratur. Hoc solum liquet, εὔσπορον, non ἄσπορον, lectionem unice veram esse. Anthemium enim, vulgo gith, semine, quod omnes norunt, abundat. Conferendus omnino Reiskius in Not. poet. Anthолog. p. 183.

37. 38. Ἐν δὲ - ὠκεανῷ. Φορβὴ, ad quod Hesych. βοτάνη, ex spinarum genere est, forte hippopheum, flore racemoso seu tortili, quem σκολιόθριξ bene designat, totaque aculeis horrida, unde ἄνθος, licet ipsum non spinosum, recte tamen ἀκανθὲς i. e. ἀκανθῶδες, *spinis circumdatum*, dicitur. Huic Archilochi carmina, ut mordacia et dentata, egregie comparantur. Sic maxima ex parte Salmas. ad Solin. p. 280. Doctius quidem post a in Praef. H. l. p. 4. eundem versum et lectionem Εὐφόρβης explicuit, sed ut verius, iure ad Charit. p. 636. veritus est Dorville. μικρὰς γράγγας ἀπ' ὠκεανῷ h. e. pauca

pauca ex vaſtis ſcriptis Archilochi: μικρὸς enim, ut τῷ μέγας, ſic etiam τῷ πολὺς, opponitur. Dorv. l. l. Alluſionem ad naturam herbae, cuius radix inciſa ſuccum guttatim fundit, cum Salmaſio, ne ſubtilior videar, non defendam.

39. De Alexandro Aetolo, ſub Ptolemaei Evergetae imperio in Tragicocum Pleiade celebri, agit Fabr. in B. G. II. 19. p. 665. Polycleti nomen hic ſolus locus ſervavit, carmina tempora inviderunt.

42. ἀπ' Ἀντιπάτρα. Sidonium, cuius meminit carmen 124., an alium, in incerto eſt. De cypro, quae Aegyptiis zizyphus, Italis forte liguſtrum, accuratiſſime dixit Salmaſ. in Hom. H. I. p. 90. Plagis orientalibus cum in primis frequens fuiſſe videatur, φοίνισσαν malim ad arboris, quam cum Reiskio ad Antipatri Sidonii patriam referri.

43. 44. Ἑρμῆ δῶρον. Acute hic obſervavit et e latebris produxit Martinus Hermodori poetae nomen. Quod cum reſpuerent metricae leges carminis, coactus fuit Meleager, litteram, quae compoſitione exciderat, revocare. Cur νάρδος ϛαχυόθριξ dicatur, docuit Plinius, 12, 12. „Cacumina nardi, inquit, in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas et folia celebrant." De altero epitheto Συρίαν, utrum pſeudonardum, an Indicam nardum indicet, multa diſputavit Salmaſ. ad Solin. p. 746. et luculentius p. 751. quem, ſi tanti ſit, lectores conſulant. In Syria nardo et in Hermodori patria ſignificanda luſiſſe noſtrum, Reiske contendit, at cuius auctoritate fretus, non addidit. Certe hic verſus poetam Syrum fuiſſe, non evincit ἀειδόμενον, ut ſaepe, *celebratum, laudatum.*

45. ἄγρια ἄρεθρα ſc. ἄνθεα *agreſtes flores in agris naſcentes*, unde Poſidippum et Hedylum ex numero Bucoliorum fuiſſe, argute coniicit Reiskius. Qui ſit, quem ſequens v. memorat, extra omnis dubitationis aleam poſuit Scholiaſtes ad Theocr. Id. 7, 40. Intelligitur Aſclepiades Samius, magiſter Theocriti, qui grati animi memoriam verſu laudato reliquit. ἄνθεα ἀνέμοις Φυόμενα ſunt anemonae, quae, quia vento flante folia ſua pandunt, nomen inde accepiſſe dicuntur. Cf. Dioſc.

Dioſc. II. 207. et Ovid. in Metam. X. 739. ubi de eodem flore egregie: Excutiunt idem, qui praeſtant nomina, venti.

47. χρυσεῖον κλῶνα, τ. ἐ. ἀρ. π. λαμπ. *aureum ſurculum, ſua ipſius virtute undique fulgentem.* De praeſtantia argumenti Platonis carmina commendari, ſtatim, ni fallor, liquet, minus autem, quam plantam, quamve arborem noſter animo ſibi finxerit. Reſpicere tamen potuit ad chryſocomen herbam, cuius corymbos ab auri fulgore laudat Plin. 21, 8.

49. Ἀστρων-ἕλικας. Humilibus abiectis, altiora, nimirum aſtra ipſa, Aratus petierat. Hinc recte carmina eius comparat ἐρανομήκει φοίνικι, h. e. *palmae ad coelum tendenti*, ſeu *procerae*, ex qua tamen nil, niſi πρωτογόνες ἕλικας h. e. *prima ramorum flagella*, (intelligo leviora carmina, elegias, epigrammata, quae gravioribus forte praeceſſerant,) coronae ſuae intexuerit: ἕλικας enim non de vitium tantum ſed de cuiusvis arboris clavieulis dici, notum. Scribere tamen quoque potuit Meleager πρωτογόνες κάλυκας *prima germina*: κάλυκες interprete Heſychio βλαστήματα, et ſic Philippus Theſſal. in Praefat. v. 2. Quo minus Reiskio aſſentiar, qui ἕλικας de dactylorum racemis, vel de ipſis dactylis, quod ad cylindrorum formam accedant et cincinnos a vertice dependentes referant, interpretatur, prohibet adiectum epitheton et auctoritas aliunde petenda.

51. ἐν φλογὶ μίξας. De herba, quam Graeci φλόγα et φλέγιον, Latini *flammam* appellant, locus claſſicus eſt apud Plin. 21, 10. Cum colore non odore commendari omnes adfirment, iure forte coniicias, Phaedimum minus argumento, quam ornatu, ex verbis petito, nobilem factum eſſe. Flos ipſe, iudice Salmaſ. in Hom. H. I. p. 29., ex iridum genere, non, quod quibusdam placuit, ex caltharum, cui potius adnumeres ὄμμα βοὸς, i. e. βλέφαλμον. Cf. Salmaſ. ad Solin. p. 816. Poetae Phaedimi meminit Steph. Byzant. ſub voce Βισάνθη.

53. φιλάκρητον νεοθ. ἕρπ. *ſerpyllum, recens natum, vini amans.* Solebant enim veteres herbas olentes, inter quas et ſerpyllum, ut notum vel ex Virg. Ecl. 2, 11., vino admiſcere. Cur cyanum, ſupra v. 40. Polyeleto tributum, hunc iterum

Phaniae tribuit, nulla alia causa, nisi memoriae lapsus, videtur.

55. τοῖς δ' ἅμα λευκόϊα. *simulque insuper addidit Musae suae violas, ni fallitur, tempestivas.* πε ut innumeris locis *fortasse.* v. Il. ξ. 144. Modesta haec de carminibus suis, quae utrum serius prodire debuissent, lectoribus iudicandum relinquit.

57. Iungendum ὁ ϛέφ. τῶν Μεσέων. Librum amicis et μύϛαις h. e. poetis (sic etiam Latinorum sacerdos, Propert. III. 1, 3.) communi usui seu sacrum esse vult.

II. Laeto adventu veris, quocum vita in arbores, plantas et in omnem naturam redeat, excitatus, in se ipso canendi studium revocat. Elegantissimum carmen appellans et abundat dulcibus imaginibus, sed iis, quae, si quid video, grata novitate lectoris animum parum morantur, immo, ut nimis cumulatae, taedio quodam afficiunt. Iure praeterea dixeris, tam praeclaro initio tantaeque exspectationi exitum non satis respondere. Conspirat fere nobiscum Censor Zenobettianae huius Idyllii editionis in Ephemerid. Trevoltinis (Janvier 1760. p. 180.) ubi de eo: „Les idées de cette poésie sont riantes et gracieuses, mais il y a un peu de Battologie et de répétitions." Versionem vernaculam haud inelegantem dedit Gedickius in Calendario Musarum Lipsiensi anni 1781.

2. Φερανθ. εἴαρος ὥρη. Praecessere nostro Anacr. 39, 10. et Mimnerm. 2, 1. πορφυρέη pro *splendida*, *pulchra*, ut notum. Cf. Intpp. ad Virg. Ecl. 9, 40.

4. καὶ φυτὰ-πετήλ. *arboresque denuo viridi fronde vestitae sunt.* Τὴν κομῶσαν φυτοῖς παντοδαποῖς dixit Aristot. de Mundo, *humum comantem* Stat. in Theb. V. 502. Simillimus nostro quoque locus Horat. IV. carm. 7, 1. 2.

5. Ἧς ἀεξιφ. quippe quae rorem, plantarum alimentum, coelo demittere credebatur. Cic. de Div. I. 14. c. 8. Quod sequitur, ἀνοιγομ. ῥόδοιο, additum est ad explicandum γελόωσιν: rident rosis, quas ros aperuit, prata.

7. καὶ-

7. Χαίρει νομεύς. Exquisite in eodem argumento Hor. I. car. 4, 3. Ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni, et v. 2. de studio navigandi, multo exquisitius, quam noster v. 9.

10. πνοιῇ - κολπώσ. Latine dixit Virgil. Aen. III. 683. ventis intendere vela secundis.

11. Ἤδη δ' ἐυάζ. sc. μύσαι Δ. ἐρεψ. τρ. ἄνθ. κισσ. *Bacchique sacerdotes, cum ines hedera,* ergo planta verna, *ornati, laeta voce Deo racemifero acclamant.* Innuit vero Διονύσια μεγάλα, quae vernis mensibus saltem in quibusdam Graeciae civitatibus (v. c. Athenis, Thucyd. V. 20.) agebantur.

13. βουγενέσσι ex communi veteribus opinione, posse ex bove caeso nova apum examina excludi. Cf. Varro II. 5, 5. III. 16, 4. et in primis Heyne ad Virg. Georg. IV. 281.

15. Λευκὰ - κηρᾶ. Favos, seu potius cellas, ex cera foraminosa recens ductas, fictas, intelligit. Has a colore λευκὰ, ab interna structura κάλλεα vocat: nam κάλλος quidquid artificiosum et pulchrum.

21. Δ. δὲ χορεύει. Quod de Venere et Gratiis Horat. I. car. 4, 5. 6. idem noster, et maiori cum iure, de Baccho, Deo, choreae iocisque prae omnibus apto. Cf. Hor. II. car. 19, 25.

22. ὠδίνειν, ut apud Aristotel. (H. Anim. 5, 19.) aliosque τίλειν, de novis examinibus apum.

23. Similis color in Anacr. od. 19. qua ad bibendum poeta se hortatur.

III. In Venerem, quae ultro filio mala praecipienti cedat, culpam turpis criminis transfert.

2. ἀνιοχᾶ. moderatur, adeoque stimulat, ad amorem incitat.

3. Ποῖ ῥέψω; cum delectu de dubio consiliique incerto animo: proprie ῥέπειν dicitur de lance in utramque partem vergente, ut Il. χ. 212.

IV. Insanum furorem necessitate amandi, a Venere puerosque sibi imposita, defendit. Est vero Allegoria a mari nautisque petita, qua noster in primis frequenter usus est, v. c. Carm. 17. et 63.

1. ὄιακα. Quid inter se differant ὄιαξ et πηδάλιον docuit ex Cinagmano Eustath. ad Od. ε. p. 1533. 47. quem locum iam laudavit Schneiderus diligentia in Per. cr. p. 57. Diogenianum ante oculos habuit Hesych. Οἴακες dicit, sunt ἀυχένια καὶ ὅτι ταῦτα ἐπιστρέφοντες κανόνες καὶ κρίκοι, δι' ὧν οἱ ἡνίοντες διευθύνουσι. Est igitur lenius: *Moderatur Amor corrigiam gubernaculi, cuius parti anteriori insidet.*

4. Παμφ. ἐν πελάγει. Alludit quidem ad mare Pamphylium crebris tempestatibus agitatum, sed ut παμφύλῳ appellative positum sit; pro *mari omnibus puerorum generibus abundanti.* Br.

V. Damnat iratus oculos, quod novum semper amorem venentur eosque, si quid adversi patientur, in posterum dolituros esse negat. Caeterum hoc carmen non immerito cum Cl. Schneidero nimis φορτικὸν ludensque in verbis dixeris. Multo solutior in eodem argumento tractando Paulus Silentiarius est. 37. (Anal. III. p. 82.)

1. ὀφθ. αἰὲν ἐγχριόμενοι κατα βλ. ἰξῷ K. *qui, quoties suspiciris vos Veneris vinculo innectos statimque vi pulchritudinis captos sentiris.* Poeta anonymus de semet ipso epig. inter ἀδέσποτα 52. λάτρις Ἔρωτος Φοιτῶ, θηρευτὴν ὄμμασιν ἰξὸν ἔχων. et Rhianus car. 4. (Anal. I. p. 480.) Οἱ παῖδες λαβύρινθος ἀνέξοδος· ἢ γὰρ ἂν ὄμμα Ῥίψῃς, ὡς ἰξῷ τέτο προσαμπέχεται.

2. Κορώνη τὸν σκόρπιον. παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερέσι καὶ βλαβεροῖς ἐπιχειρούντων. Hesych. Eodem redit, quam prius posuit, παροιμια Ἄρνες τὸν λύκον.

5 6. Δρᾶθ' - τάχος. Vox summae indignationis. *Agite,* ait, *quaecunque libet. Quid ad me fallaces lacrymae, instar imbris, quem Notus concitat, profluentes, cum mox eadem vincula iterum*

iterum, oculi, ſubcatis? Non abſimilis huic loco, v. 13. carm. 59. ubi ad animam: ἄξια πάσχεις, ὧν ἔδρασας.

7. 8. Ὀπτᾶσθ' - Ἔρως. Deſperat poeta, oculos ad ſanitatem redituros eſſe, cum omnium malorum auctor, Amor, animae ſummae inſideat, illique flammis emollitae vim abducendi oculos adimat. Sic explicatus, difficillimus locus forte minus ineptus videbitur. Caeterum ex Theocr. 7, 55. utrum μάγειρον ſuum petierit Meleager, quis pro certo affirmet? Τύφεσθ' ὑποκ. νῦν. *Marceſcite igni ſubiecti,* τύφεσθαι, μαραίνεσθαι. Hesych.

VI. Philocli multis pueris amato praecipit, quod miniſterium in amore ſingulis demandandum ſit. Foedum carmen, in quo pauca adnotaſſe laus erit.

2. κάλλευς ἀνθ. X. *Gratiae quae ſibi flores ex pulchritudine legunt*, h. e. forma grata cum ſumma ſuavitate morum coniuncta.

3. ἀγκὰς ἔχειν, ut Il. ξ. 346., in ulnis habere, amplecti.

5. Ἰαίνοι ſc. θύμον. Theocr. 7, 29. vel ſimpliciter *foveat.*

6. περισκυθίσαι. κυρίως τὸ ἀποτεμεῖν τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δέρμα σὺν ταῖς θριξί. Suidas. Turpis libidinoſorum conſuetudo, ad quam h. l. alludit, vel ex Martial. IX. 28. et Lamprid. Vita Heliogab. c. 31. ſatis nota, ut addere verbum non opus ſit.

8. ὑπὸ χλανίδι. Χλανίδες ſunt hominum delicatiorum veſtes, refociliandis corporibus, praecipue ex balneo exeuntium, inprimis aptae, unde, cur hoc verſu χλανίδι ſuadente Burckio dedimus, vel nobis tacentibus patet. Multa de illis attulit Caſaub. ad Athen. XV. 11. p. 946.

9. οἶαν-λοπάδα. Quid ſit λοπὰς Ῥωμαϊκὴ docuit Salmaſ. ad Tertull. de pallio, p. 432. nimirum pultium miſcellanea fictilis, variis exquiſitisque cibis referta. Senſus igitur: *Hem, quam multas quamque egregias delicias in amore tum tu guſtabis!*

VIII. Victas manus Myiſco dare ſe coactum eſſe fatetur.

2. Κώμοις τοῖς δυσέρ. ἐγγελάσας. quippe crudeles precibus exorare inter alia finis τῶν κώμων, isque ſaepe votis fruſtra petitus. Noſtrum expreſſiſſe videtur Tib. I. 2, 89.

4. Σκύλ' ἀπὸ σωφροσ. *en ſpolium, quod ipſi ſapientiae exui!* idem enim σωφροσύνη, quod ſeq. epig. v. 4. σκηπτροφόρος σοφία.

IX. Cladem a Myiſco acceptam Iovis exemplo excuſat. Noſtrum reſpexiſſe videtur Paulus Silent. ep. 32., (Anal. III. p. 81.) quo ſuperbum ſenem, a Venere tamen victum, inducit.

1. Τόν-τοξεύσας. Gemella, quem Dorv. citavit, Callimachi Romani ἔννοια, I. 1, 1. Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis, Contactum nullis ante Cupidinibus.

3. ἐπ' ὀφρύσι. Sedes ſuperbiae in oculis et ſupercilliis res nota. De feroc invene Paulus Silent. 35, 1. (Anal. III. p. 82.) ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων. ποσσὶ in ſervitii ſignum. Bene de Cynthia ſua idem Propert. I. 1 Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus, et caput impoſitis preſſit Amor pedibus. Cfdus quoque II. 23, 59-62.

5. ὅσον ἄμπν. ut indicaret, verba ſibi vix libera ſupereſſe. Dorv.

6 Καὐτὸν Ζῆνα κ. Ἐ. Pari modo de vi Amoris Euripid. apud Stob. 61, 388. Καί τὸν (ſc. Ερωτα) ὃ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται. Plura exempla undique obvia.

X. Myiſcum, Deum ab Amore mortalibus conſtitutum, ut ſibi ſit propitius, rogat.

2. Ἆρα κεραυνομάχαν ἀνέδ. *Num nobis Iovem fulminibus armatum dedit, deſignavit?* Modo dixerat φλόγας ὄμμ. βάλλει.

3. Πόθων ἀκτῖνα radium, *quo Amores feriunt*, i. e. formae delicias, niſi ad ſoles oculos illud referre malis. Sic infra 32, 3.

XI. Elegantiſſimi verſus, quibus, quae carm. 22. in Theronis laudem dicta ſunt, iure comparari merentur.

2. τἄλ-

2. *τἄλλα δὲ τυφλὸς ἐγώ.* Non minori cum suavitate de puella sua Tib. IV. 13, 2. Tu mihi sola places, nec iam, te praeter, in urbe formosa est oculis ulla puella meis.

3. *ἆρ' ἐσορώσιν.* Egregie de eiusmodi inter animum et oculos foedere.

XII. Variis carminibus, per Graecam Anthologiam sparsis, occasio fuit Ganymedes ab Iove raptus. Ad eorum numerum et hoc, quodque sequitur, referendum. In utroque mire delectat amantis animi suspicio et metus. Priori tamen palmam posterius sine dubio eripit. Cum utroque contulisse iuvabit Strat. 36. (Anal. II. p. 367.) et ex *ἀδεσπ.* 5. et 6.

1. *Εἰ Ζ. κεῖνος ἔτ' ἐσὶν. Si Iupiter idem est, qui olim ὁ δὴ is scilicet, qui Ganymedem rapuit, ut poculum sibi ministraret.* Br.

4. *μή με-πτέρυγας. ne iterum aquilam mittens puero alas suppeditet sicque me fallat.* Sequitur vero eos, qui aquilam ad Ganymedem rapiendum ablegatam esse volunt; alii Iovem ipsum in aquilam mutatum narrant. Cf. Apollod. III. 12, 2. et in eum Heynii Notas, p. 741.

XIII. 4. *ἔ σε βαλῶ ζήλοις te non invidia peto, lacesso.* Ζῆλος, ut saepe, pro *φθόνος.* Notus Hesiodi (*Ἐργ.* 195) *ζῆλος ϛυγερώπης*, quid? quod iunctim apud Platonem aliosque saepe leguntur *ζῆλοι καὶ φθόνοι.* Ipsam locutionem *βαλεῖν τινὰ ζήλοις* illustrabit forte Pindari (Pyth. 14, 55.) *τὶν ἀελπτία βαλεῖν*, quod iam adduxit Schneider in Per. cr. p. 41. *παθών* ic. *ἄλγεα* seu *κακῶς.* Vtrumque addidit Homer. illud Il. υ. 297., hoc Od. π. 275.

5. *ἐγὼ-γέγονεν.* Egregie simili amore periens Propert. II. 34, 18. Rivalem possum non ego ferre Iovem.

XIV. Amorem a Myisco victum deridet. Alterius distichi *ἔννοιαν* repetitam exhibet carm. 68.

2. *διφυῆ ταρσὸν πτέρ.* pro *τὰς διφυεῖς πτέρυγας*, quod dixit Strat. c. 63, 2. (Anal. II. p. 373.)

4. ὡς μόλις ἔμαθες. *quam invitus tandem dediciſti!*

XV. Tantam eſſe Myiſci ſuavitatem et pulchritudinem, ut ipſa, quam interdum exerceat, crudelitas facile ferri poſſit.

2. ἵν' ἔχω μὴ πρόφ. *ut cauſſa nulla mihi ſit.* Sic οἶνος ἔχει πρόφ. Callim. Ep. 44, 4. (Anal. I. p. 471.)

3. εἰ δ' ἀνιηρὸς - μέλιτι. Reſpexit forte Theocr. 12, 25. ubi de amico amicus: Ἦν γὰρ καί τι δάκῃς, τὸ μὲν ἀβλαβὲς εὐθὺς ἔθηκας. Semper obvia noſtro imago Amoris τὲ γλυκύπικρε. Similis, ſi orationem ſpectas, converſio in Aſclepiad. 24, 3. (Anal. I. p. 216.)

XVI. Solum eſſe Myiſcum, ex quo poeta, vitae procellis agitatus, tanquam navis ex ancora ſua, pendeat, per ipſum puerum iurat.

1. πρυμνήσια. τὰ ἀπόγεια σχοινία, οἷς ἐκ τῆς πρύμνης προσδεσμεῖται ἡ ναῦς πρὸς τῇ γῇ. Schol. Hom. Il. α. 436. Grata ſimulque exquiſita comparatio, cui facile cedit notior illa, a portu ducta, qua ſeq. carm. utitur.

3. τὰ καὶ κωφ. λ. ὄμμ. explicat poetae mentem 39, 4., ubi de Ariſtogora, σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ.

4. φαιδρὸν ἐπισκύνιον. *ſupercilium hilare, non contractum.* De ſuperciliis Quintil. XI. 3, 77. Ira contractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur. Illis v. 5. συννεφὲς ὄμμα *oculum truce* opponit. Eſt enim συννεφὲς i. q. σκυθρωπόν. Cf Eurip. Phoen. 1318. et VV. DD. ad Heſych. Caeterum ultimi diſtichi acumen forte non immerito ad ea referes, quibus nimius uſus nunc contemtum attulit. Ipſum noſtrum multi iam praeceſſerant, v. c. Theocr. 8, 41.

XVII. Ex commeſſatione nocturna, tempeſtatibus hibernis infeſta, ad Myiſcum ſe recipit. Cf. Aſcelep. 23. (Anal. I. 215.)

2. γλυκύδακρυς Ἔρως. non, ut alibi, lacrymas dulces fundens, emittens, ſed potius *lacrymas ciens, provocans.* Sic πολύδακρυς Ἄρης Mars, lacrymarum multarum auctor. Il. γ. 132.

XXIII.

XVIII. Solum Myiscum ab insidiis voluptarii cuiusdam liberum esse cupit, caeteris omnibus, quos amat, ultro renuncians. Simile nostro carmini Cattulli 15. nisi quod hic rem turpem turpiorem verbis reddidit.

1. Τερπνὸς h. e., explicante v. 3., ἀπαλόχρως. ἐν ὄμμασι sc. ἐῶν. *in oculis semper haeret.* Laus tecta pulchritudinis pueri, quam adeo magnam esse ait, ut, qui semel illum viderit, ab eius facie oculos vix avertere possit. Redundare tamen quoque potest vocula ἐν (Cf. Brunckii Indic. ad Sophocl.) et esse τερπνὸς ὄμμασι *oculis valet, placet.*

2. σώματι Οὐδ. corpore ad voluptatis usum. Sic forte latus Horat. Ep. I. 7, 26.

5. ἢν δὲ M. -- τὸ καλόν. At si Myiscum λίχνως oculis hiantibus adspicis, tum ut omni sensu pulchri priveris, precor.

XIX. Tria haec, quae nunc damus, carmina in laudem pulchri iuvenis, nomine Antiochi, scripta sunt. Omnibus summa dulcedo et elegantia nihilque, quo castiores offendant, inest. Prius tamen et alterum iam expressérat Asclepiades Samius carm. 2. et 3. (Anal I. p. 211.)

1. Ἀρνεῖται ἡ Κύπρις. Modestior forte Asclepiadae Venus, dubitans tantum, non negans.

3. Ἀλλὰ σέβεσθε. *Agedum colite, preces mittite, obsecrate.*

XX. 1. Εἰ χλανίδ' εἶχεν Ἔρως. Huic loco utrum χλαμύδα an χλανίδα, de quorum frequenti inter se permutatione diximus in lectionibus variantibus ep. 6, 8., restituendum sit, definire sane non ausim. Χιτῶνα, quem Anacreon 4, 4. Amori tribuit, hic nullius momenti esse, facile patet; maioris forte erunt Pollucis ex L. X. segm. 164. ab Schneidero adducta verba: Τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα πέτασος καὶ χλαμύς.

3. ναὶ τὸν ἄβρὸν ἔφηβον. ex more veterum, qui charissimos plerumque obtestabantur.

XXI. 3. ἆρα - οἰνοχοεῖ; *num Ganymedis osculum vicem nectaris praestat, hoccine tibi infundit?* Carm. ἀδεσπ. 6. de pue-

10 Dionyſio: ἆρα γ' ἀναρθὲς, Ζεῦ πάτερ, ἀθανάτοις δεύτερος οἰνοχοεῖ;

6. Ψυχῆς ἡδὺ μέλι. Ariſtenaet. de amantibus 2, 19. Οὐ μόνον ςέρνω ἁρμάζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασι ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς.

XXII. Hauſit forte, ni falſo opinatur Brodaeus, ex Xenophontis ſympoſio, 4, 12. qui de Clinia: Νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῶμαι, ἢ τἄλλα πάντα, τὰ ἐν ἀνθρώποις καλά. Τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι, ἢ Κλεινίᾳ ἐνὸς ὄντος. Eodem redit carm. ἀδεσπ. quod legitur in Anth. Wechel. p. 629. Καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῶε, λίην καλὸς· εἰ δέ τις ἐχὶ φησίν, ἐπιξαίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

XXIII. Iratus Theroni ſuo, pulchritudinis laudem illi aliquando inviderat. Nunc ſe ipſum corrigit et Niobes exemplo ab iudicii praecipitantia dehortatur. Caeterum Meleager ſine dubio vel praecuntem habuit Callim. ep. 47. vel ſequentem Philippum Theſſal. ep. 2.: dubitant enim, uter carminis in Archeſtratum auctor ſit.

5. τὴν πράσθελάλον. Eandem intelligit, quam Antipater Theſſal. carm. 55. 2. (Anal. I. p. 123) itidem τὴν λάλον et ipſe noſter c. 115, 11. τὰν λάλον ςέρξασαν πάλαι ςόμα dixit, nimirum Nioben, ob magniloquentiam, cuius vindicem (Horat. IV, od. 6, 1.) Appollinem ſenſit, ſatis notam adeoque iuſtum θρασυςομίης, ſeu *nimiae in loquendo audaciae* periculique inde timendi, exemplum. Bene vero addidit Τοίγαρ, ἰδὲ, ut indicaret, ſibi, etiamſi Iovis fulmina neglexiſſet, altem Nemeſin, quamque in eadem cauſa iam exercuerit, poenam omnino metuendam fuiſſe. Cf. Hoogeveen de Part. Gr. Ed. Schützii, p. 750. Nolim igitur ſuſpicari cum V. D., (*Bibliothek der alten Litter. und Kunſt. Göttingen.* 1786. *Zweytes Stück. Inedita, p.* 45.) latere in Τοίγαρ ἴδου ipſius Niobes nomen, inſcitia librarii cuiusdam deletum. Nam ſi ſubſtituas Ταντελίδην, adverſantur leges grammaticae, ſin Ταντελίδα, metricae. Verumtamen poſterius per caeſuram productum eſſe, dixeris.

XXIV.

XXIV. A ſtatuario Praxitele occaſionem pueri cognominis laudandi captat. Summa carminis: Ille Amorem, hunc Amor finxit.

2. Κύπριδος παῖδα τυπωσ. Locus claſſicus de ſtatuarii Praxitelis Cupidine, dono amicae Phrynae dato, extat in Pauſan. l. 20. p. 46., quocum forte comparaſſe non pigebit Epigrammata Anth. Gr., in idem Amoris ſignum ſcripta, (Ed. Wechel. p. 470.) et Franciſc. Iunium de pictura Veterum T. II. p. 179.

4. Αὐτὸν ἀπεικονίσας. *Se ipſum effingens, ſui ipſius imaginem in iuvene Praxitele ſiſtens.* Mire noſtrum illuſtrant Amoris de Praxitele ſtatuario verba apud Simonid. c. 90. (Anal. I. p. 143.) διεκρίβωσεν Ἔρωτα, ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης.

5. ὁ μὲν ἐν θνατοῖς. Non, quod Reiskio placuit, Amor marmoreus ſculptoris Praxitelis, ſed Praxiteles iuvenis, illud Amoris ἔμψυχον ἄγαλμα. *Hunc Deus, dum ipſe vim in coeleſtes exerceat, philtra diſpenſare*, h. e. munus ſuum in terris obire vult. De voce βραβεύειν vide Dorv. ad Char. p. 445.

7. Μερόπων πόλις. Vrbs Cos in cognomini inſula maris Icarii. Cf. Intpp. ad Callim. H. in Delum, 160.

8. ὑφηγεμὼν i. q. ἡγεμὼν ab ὑφηγεῖσθαι.

XXV. Arguta Praxitelis eiusdem cum ſtatuario huius nominis comparatio et egregia inde deducta laus, in qua nihil, niſi nimiam circa finem ſubtilitatem, iure vituperabis.

1. Πραξιτέλης - ἐνειδοφορῶν. *Praxiteles, antiquus ſtatuarius, venuſtum ſimulacrum inanimis formae, ſenſu carentem Cupidinem ſculpſit, lapidi figuram inducens.* Brunckius in Addendis, p. 312. Optime ſane. Εἰδοφορεῖν ſpeciem gerere, repraeſentare ſaepius legitur apud antiquos. Hinc vox ἐνειδοφορεῖν, unum ex centenis illis, quae ſola in his carminibus reperiuntur, compoſitis. Reliqua per ſe clara.

3. ἔμψυχα nimirum poetam ipſum, cum contra Ζωγλύφος tantum ἄψυχον marmor mutaſſet.

4. τὸν

4. τὸν τριπανοῦργον *callidum, versipellem.* Eiusdem sensus simplex πανοῦργος ὁ πάντα ἐν πονηρίᾳ ἐργαζόμενος. Sui as. Sic de Cleone Aristoph. in Equit. 249.

5. Ἢ ἔχει μόνον ταὐτὸν (τὸ αὐτὸ) ὄνομα *Profecto nihil, nisi idem nomen, cum* Ζωγλύφῳ *illo commune habet,* ἔργα δὲ κρέσσων ἐς, ἐξί, μεθαρῷ. ε λίθον, ἀλλὰ πν. φρ. Sic optime, puto, inter se ideae cohaerent. Quomodo vero hisce aptari possit vox τάχα, ego quidem non assequor. Latet forte μέγα sub τάχα. Μέγα ὄνομα *nomen celebre, magnum*, epitheton Praxiteli convenientis et sacpius hoc sensu obvium, v. c. in Xenoph. Cyrop. IV. 2, 3.

7. Ἵλαος - ἔχῃ *Sed lenis procedat in transformanda indole mea, ut templum Amoris in anima mea habeat.* Simpliciter dixisset: Propitium se mihi praebeat, ut Deum decet, neque sempiterno honore et amore se dignum reddat.

XXVI. Ad Cleobulum de iustis sibi persolvendis mandata.

1. Ἤν τι πάθω σε, κακὸν. Plene Homer. Od. β. 179. De formula ipsa egit Klotzius ad Tyrtaeum p. 111.

3. ἀκρήτῳ μέθυσον. Spectabat nimirum ad religionem cineris et ossium asperso. Cf. Homer. Od. ω. 71. et Heynius ad Tib. III. 2, 19.

4. Δῶρον Ἔρως Ἀΐδῃ. Causa mortis inscripta titulo ex more. v. Kirchman. de Fun. Rom. III. 20. Idem votum Δυσερώτος Theocriti, Id. 23, 46.

XXVII. In pueros Alexin et Cleobulum, pulchritudine et Amore mutuo sibi invicem pares. Districha, si in iuvenem et puellam transferuntur, elegantissima, quibus proxime accedit Asclepiad. 7. (Analect. I. p. 212.)

4. Οὕτως - οἰνόμελι. Notum, antiquos poetas, quoties alicuius rei suavitatem describunt, comparationes a melle et mulso repetere. Ad nostrum versum egregie facit Martial. XIII. 188. qui de vino Falerno, melle confuso: Misceri decet hoc a Ganymede merum.

XXVIII.

XXVIII. Misera et inepta allusio in Meleagri nomen, compositum ex μέλας et ἀργὸς, indigna meo iudicio, quae interpretem detineat. Multo acutior, licet etiam in re turpi, Strato ep. 83. (Anal. II. p. 378.)

2. οἱ δισσοὶ K. ἀνθοφόροι *quorum uterque florem amoris praefe fert*, h. e. suavissimas amoris delicias praebet.

XXIX. Ad Zoilum adplicantur, quae c. 20. in Antiochum dicta sunt. Eadem sententia eademque sententiae conversio.

2. ἀκίδες πυριβλήτοι *tela igne infecta, in ignem mersa*, seu πυρίπνοα τόξα ut infra dixit c. 57, 1. Ἀκτῖνας πυρσοβόλας de lucentibus oculis legimus in Stratonis p. 38, 2. et quod in primis huc spectat, ποθοβλήτας μερίμνας curas, quas amor iniicit, excitat, apud Nonnum.

XXX. In Delphinum mutari optat, ut Andragathum, ventis secundis Rhodum abeuntem, humeris ferre possit. Pleni amicitiae et dulcedinis versus.

1. Νότος Tyro profecturis (Tyri enim habitasse Andragathum dixerim,) οὔριος.

5. Εὖθ' εἵην δελφὶς Celebres ob amorem in pueros delphini. Exempla dedit Oppianus in Halieut. V. 448 - 518.

6. τὰν γλυκύπαιδα qualem Rhodum iam laudaverant Anacreon, 32, 16. alique.

XXXI. Summam Charidemi pulchritudinem celebraturus dignum eum iudicat, qui in coelum, ut Iovi ministret, recipiatur.

3. τί μοι τὸν ἐπερβασ ἄνταθλον λαβεῖν; *cur Iovem ad certamen provocem, contra Iovem iniurgam?* Ἄνταθλος adversarius, ut συνάεθλος socius. Bene auctor carminis inter ἀδέσποτα. 7. Κρίνατ' Ερωτες, ὁ παῖς τίνος ἄξιος. εἰ μὲν ἀληθῶς Ἀθανάτων, ἐχέτω· Ζανὶ γὰρ ὁ μάχομαι. Ad Ganymedis raptum ubivis alludi nemmem latet.

5. ἐς

5. ἐς Ὄλυμπον - λάβοι, *lacrymas meas ad pedes sibi lavandos secum in coelum sumat.* Ὑδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανίπτηρ, λέβης· τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον, ἢ λούτριον, ἢ ποδάνιπτρον. Pollux X. s. 78. At quantus in his affectus! quanta animi amantissimi testificatio! Nec maiora, quae v. seq. adfectat, nempe νεῦμα δίυγρον *nutus humidus*, h. e. nutus oculorum madentium, in amore natantium, et φίλημα ἀκροθιγὲς *leve*, summis labiis raptum. Tenerrimus sane senius in amante, qui hisce contentus abit, seque felicem praedicat.

9. εἰ δὲ θελήσοι. Redit amoris vis. Subita, at quam grata conversio!

XXXII. Luget poeta, se dies noctesque ipsisque in somniis, ex quo Alexin casu viderit, agitari. Vulgaris ἔννοια, sed ob novam conversionem et elocutionis ornatum grata.

1. Εἰνόδιος pro ἐν ὁδῷ. τὸ μεσαμβρινὸν, ut in Theocr. 1, 15., meridiano tempore, circa meridiem.

2. Ἄρτια. -- θέρεος. *cum aestas fruges iam comatas (die bärtigen Früchte) demeteret, demetendas esse moneret*, h. e. calidissima anni parte. Denotat vero καρπὸς ἀρτικόμης aristas, sive spicarum apices, qui instante messe arescunt et acuum instar e gluma eminent. Cf. Varro de R. R. I, 48.

5. ἃς δ' ἐν ὀνείροις - ἀνεφλόγισεν. Mire versum nostrum illustrat locus, quem ex Achill. Tat. VI, 18. laudavit Schneider Cl., ubi de Thersandro: ἐπεὶ δέ εἶδεν τὴν Λευκίππην, ἀνεφλέγετ τὴν ψυχὴν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τότε καλλίων γεγονέναι. θρέψας γὰρ ὅλης τῆς νυκτὸς τὸ πῦρ, ἀνεζωπύρησεν ἐξαίφνης, ὕλην λαβὼν εἰς τὴν φλόγα τὴν θέαν.

7. πόνον ἔτευξεν *dolores intulit.* Sic ἄλγεα, κακὰ τεύχειν. Cf. Il. α, 110. et Hesiod. Ἔργα, 265.

8. ἀπεικον. κάλλος, pro καλῆς μορφῆς εἴδωλον *pulchram imaginem animae adducens, in anima effingens.*

XXXIII. Quomodo somnium omnem animi quetem turbaverit, narrat. Magna inter hoc quodque praecessit carmen, tum in

in argumento, tum in verbis similitudo, quae nobis quoque, cur alterum alteri subiunximus, causa fuit.

1. Ἡδὺ χλαῖναν. Ordo est: Ἔρως ἦγαγε μοί τι ἡδὺ ἐνύπνιον διὰ νυκτὸς, παῖδα ὀκτωδ. ἁβρὰ γελ., μετ' ἀγκ. ὑπὸ χλ. *amplexum laenaque tectum.* μετὰ pro ἐν, ut μετὰ ϛρατῷ Il. χ. 49.

5. Καί μευ - ἔχω. Praeclare et ex amoris natura. Idem color in Anth. Latin. III. 206. et Horat. Carm. IV. 1, 37. ὕπνον ἀγρ. πτ. Φάσμ. *somnum, volucrium phasmatum venatorem, qui pulchras adducit species, semper in oculis habeo*, i. e. nunquam non revoco. Alia ratio Moschi 2, 19. ubi Europa ἀμφοτέρας εἰσέτι πεπταμένοισιν ἐν ὄμμασιν εἶχε γυναῖκας.

7. παῦσαι - χλιαινομένη. *Desine tandem aliquando, anima, etiam per somnia occulte, furtim incendi.*

XXXIV. Heraclitum et Diodorum, summae pulchritudinis pueros, ut omnes, quibus libertas cordi sit, devitent, serio monet.

1. Σιγῶν ἐν ὄμμασι αὐδᾷ. Infra Carm. 38. 4. de Aristagora σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ.

3. ἐνὶ ϛέρνοις. Vt in oculorum, ita in pectoris agitatione modo calidi modo temperati amoris indicium. Hinc pectus avidum, cupidum. Ovid. Ep. 9, 161. 18, 90.

6. Δύϛ. ὃς ἐδέξατο τᾶδε πόθ. τ. γ. π. *Infelix, qui igne, ipsius pueri ardore paulatim incenso, se correptum sentit.* τύφεσθαι de amore tum glisscente, tum aestuante. Cf. Dorv. ad Char. p. 522.

XXXV. Damin quendam, amore pueri Heracliti pereuntum, erigere sibique reddere conatur.

1. ἐν προθύροισιν ex consuetudine amantium, qui vel canerent ante fores, vel cantu finito se prosternerent. Cf. Theocr. 23, 17. et 3, 53. inprimis Intpp. ad Horat. III. car. 10, 3.

3. ἔϛη

3. ἔξη - ἀνθρακίην. Hausit forte ex Aſclep. Samio, qui de Didyme ep. 24. (Anal. I. p. 216.) ὦ μοι, ἐγὼ δὲ τήκομαι, ὡς κηρὸς πὰρ πυρί, κάλλος ὁρῶν.

5. Καὐτὸς - δακρυχέω. *Deſine a querelis et cogita, hanc cauſam dolendi non tibi ſoli ſed aliis quoque eſſe.* Tecte vero, ni fallor, amorem innuit, quo ipſe in Damin flagrabat et a crudelitate exemplo Heracliti dehortatur.

XXXVI. 1. ὅτ' ἦν ποτὲ *priusquam pubeſceret.*

2. δέρρις. *cutis dura et hirſuta.* Δέρις καὶ δέρρις. λέγεται τὰ ξηρὰ δέρματα καὶ ἀμάλακτα. Etym. M.

3. Πολυξενίδη. cuius amore poeta nunc peribat.

4. Ἔστι Νέμεσις *Eſt Nemeſis, quae imperium etiam in occultas partes exercet.* Recte vero hic Nemeſin advocat, utpote quae contra ſuperbiam colebatur. Cf. Macrob. in Sat. I. 22. Caeterum epigrammati noſtro ſimillimum Philippi Theſſal. 3. (Anal. II. p. 212.) quod, cui tanti videatur, comparet.

XXXVII. Violentum amorem, quo Dionyſius eum exagitet, incendio comparat, ad quod extinguendum omnes, qui eadem flamma ſe correptos ſentiant, advocat. Merus luſus parumque ſe commendans, in locutione proverbiali ψυχρὸν χεύειν, quod eſt *frigidam aquam ſuffundere* itemque *calidum alicuius amorem minuere.* V. Plin. Ep. 3, 5. et Plaut. in Ciſtell. 1, 1, 37. quaeque in eum adnotavit Geſner. in Theſ. L. L.

2, πικροῦ γευσ. μ. *amorem, votis non reſpondentem, experti.* Sic infra epigr. 59, 14. ὀπτὸν μέλι.

5. Ἀλλ' ὁμ. -- σβέσατε. *Immo, ſuccurrite, ſocii malorum meorum, extinguite flammam quae iam in intimis furit, antequam totus ab illa corripiar et conſumar.*

XXXVIII. Laudat Ariſtagoram, eumque tot donis a Gratiis ornatum eſſe ait, ut nunc, velut alter Iupiter, in regno Amoris dominetur. Blanditiae ſaepius repetitae v. c. ep. 10. Nec abſimile noſtro Rhiani c. 5. (Anal. I. p. 480.)

1. Iungo

1. Iungo ἀντίον ἐσιδοῦσα, sicque etiam interpunxi. Sensus igitur: *Gratiae, cum aliquando ex adverso Aristagoram conspexissetis, statim tanto eius amore captae estis, ut illum amplexae sitis. Hinc factum est, ut* etc. Concinnius tamen forte legeretur Ἡ Χαρ. *Profecto, Gratiae.*

3. Οὕνεκα. Eadem locutio recurrit ep. 78, 5. Καίρια γλυκυμυθεῖν est *apte atque venuste dicere.*

XXXIX. Luget fortunam suam poeta, quod, cum ante amore vacuus sed amandi desiderio actus infelicem se senserit, ex quo ceperit eum Diophantus, longe infelicior factus sit.

1. Ἤρκται - Ἔρως. *Invaserat cor meum dolor, nam Amor temere prima nocte obvertens ei vulnus inflixerat.* De Amore Moschus Id. 1, 15. ἐφίπτατ' ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλᾳ, quocum ἀλύειν congruere puto. Θερμὸς, ni fallor, addidit, ut naturam vulneris aestuantis et ferventis indicaret. Eo saltem spectare videntur Amoris verba ἕξεις ταχὺ τὸ γλυκὺ κρᾶμα.

5. Ἐξ ἔ - δύναμαι. Eodem fere modo infra Ep. 78, 3. de Zenophila: Ποῖ σε φύγω; πάντη με περιζείχεσιν Ἔρωτες.

XL. Obmutescere laudes Daphnidis et Hyacinthi solumque Dionem in posterum praedicari poeta vult. Praecessit forte nostrum Callimachus, ep. 46. (Anal. T. I. p. 471.)

1. Αἴπ. - χαριζόμεναι. Nobile in carminibus pastoritiis argumentum Daphnis eiusque amores, ut ex nonnullis Theocriti in primis Id. 1. et 7. locis, apparet. A Pane musicam edoctum fuisse, testatur Servius ad Virg. Ecl. 5, 20. ab aliis amatum, noster ipse ep. 46. Cf. quoque Diodor. IV, 84. et Aelian. V. H. X, 18.

3. Μηδὲ - ἔτι. „Vt in primo disticho poeta non Pana, sed caprarios filere iubet, sic in secundo non Apollinem, sed sacerdotem Apollinei templi, cui, in honorem amatae Deo Daphnes, nomen Apollini carum, Daphne, impositum. Confertur μηδὲ σὺ προφ. Δ. παρθ. cum αἰπολικαὶ σύριγγες, μέλπε

ἔτι Τάκ. cum μηκέτι Δάφνιν φωνεῖτε, τὸν ϛερχθ. λύρῃ Φοίβοιο cum αἰγιβάτῃ Πανὶ χαριζ. Dixit autem λύρῃ Φοίβοιο, pro Φοίβῳ λυρᾳοιδῷ, aut quia fingitur Apollo amasio Hyacintho affectus suos fidibus cecinisse, aut pueri pulchritudinem celebrasse et mortem lugubribus elegis ad lyram cantando defleviſſe." Br.

6. Πόθων σκῆπτρα. Cf. Ep, 24, 5. 6.

XLI. Obsecrat poeta Amorem, ut grave suum in Heliodorum desiderium sopiat minasque, ni sibi in his obtemperet, addit.

1. τὸν ἄγρυπνον πόθον idem, quod carm. 108, 5. πόνες παναγρύπνοιο μερίμνης dixit.

5. φωνεῦντα γράμματα, *inscriptionem, quae causſam mortis meae* adeoque ipsam tuam crudelitatem *exponat, narret.*

6. Ἔρωτος - μιαιφονίην. Theocriti δυσέρως Id. 23, 47. Τοῦτον Ἔρως ἔκτεινεν, ὁδοιπόρε.

XLII. Retulit Brunckius inter carmina Musae παιδικῆς illudque de puero quodam Daemone intelligendum esse, littera unciali et accentu significavit. Habet omnino V. D., quo se tueatur, in ep. 26. v. 1. et 2. me tamen carmen, potissimum ob verba οἶδα κἠ ἔμπυρα τόξα, de Amore interpretari atque acerbam huius daemonis gravissimi irrisionem dicere malle, ingenue fateor. Sententiam saltem mire confirmat Pauli Silentiarii Ep. 20, (Anal. III. p. 77,) ubi similia de Amore. Forte nec comparare poenitebit Carm. inter ἀδέσποτα. 47.

XLIII. Poeta, ex longa navigatione in portum tandem delatus, videt puerum suavissimae formae eiusque pulchritudine statim capitur. Hinc de novo in terra sibi minitante periculo et crudeli Veneris, Deae marinae, lusu querelae.

1. Μὲ πρωτόπλ., τὸν ἐρειδόμενον ἄρτι ἴχνος ἐκ πελ. ἐπὶ γ. *Me qui, primo maris periculo facto, modo pedem ex navi in terra fixeram.* Bene vero μὲ πρωτόπλεν: quo maior laetitia, mare

mare nondum tentatum ſuperaſſe, eo triſtior ſubitus in continenti caſus.

3. Ordo verborum: Ἀπαςρ. δὲ ſc. Ἔρως, προφ. οἷα φλόγα, κάλλος παιδὸς, ἐραςὸν ἰδεῖν *puerum ſuavem aſpectu, inſtar flammae, mihi obiicit.* ἀπαςράπτειν tranſitive, ut ἀπολάμπειν, emittere, iaculari. Sic Lucian. in Somn. T. II. p. 164. Ed. Cl. χρυσίον τὴν αὐγὴν ἀπαςράπτον.

5. ἐν ἀέρι - ἡδυφιλῶ. *menteque imaginem in aere formatam ad me traho et oſculor.* Egregie vero, tum ad vim pulchritudinis, tum ad ardoris magnitudinem indicandam.

8. κῦμα πελὺ πικρότερον τᾶ κύματος ἐκείνης ſc. ἁλὸς, quam effugiſſe laetatus erat.

XLIV. Idem eſt huius carminis argumentum, quod praecedentis fuit. Meleager, ex mari ſervatus ſed in terra amore pueri modo viſi perculſus, hoſpites ſuos, in quos commeſſabundos egrediens incidiſſe videtur, ut ſe recipiant et tucantur, rogat.

6. Ludit ex more ſuo noſter in verbis Αὐτόματος δ' ἄκων *coactus et non coactus.* Exempla, ubi contraria iungit, ubivis obvia. Sic infra 56, 6. de Amore: ἐξ ὑγρᾶ, Κύπρι, σὺ πῦρ τέτοκας.

7. Κωμάζω - γεμ. *Nunc me inſtar commeſſabundi agit non vinum, ſed ignis in corde furens.*

9. Ξενίου πρὸς Ἔρωτος *per Amorem Xenium obſecro*, ut 53, 3. πρός Διὸς. Novum vero inter Deos hoſpitales Amoris nomen. δέξασθε ſc. in commeſſationem veſtram, qua incendium reſtinctum iri putabat. Ep. 112, 1. 2. Ζωροπότει, δύσερως, καὶ σοῦ φλόγα τὰν φιλόπαιδα κοιμάσει λάθας δωροδότας Βρόμιος. ὀλύμ. τὸν φιλίας ἱκέτην. *qui, ne peream, ad vos amicos confugio.*

XLV. In terra peregrina amicis deſtitutus Theoclem rogat, ut, diuturnae fidei tenerique animi tandem memor, miſerum,

ſerum, qui totus ab eo pendeat, redamare dignetur. Carmen haud dubie inter praeſtantiora ſui generis, affectus in primis ſimplicitate et veritate.

2. γυμνὸν referendum tum ad πόρε, tum ad ὑπεξόρεσεν. Malim tamen explicare *inermem* ſc. contra Amoris impetus, quam nudum. Γυμνὸς de inermibus dixit Homer. Il. π. 815. et Eurip. in Heracl. 724.

3. ἐπὶ ξείνης ſc. γῆς ut in Eurip. Androm. v. 136. ἀκλινὴς φιλία *amicitia, omnis mutationis expers, ſtabilis, firma.*

6. ξυνῆς σύμβολα σωφροσύνης *mutuae modeſtiae et probitatis indicia, experimenta.* Cicero de Amicit. c. 14. Contrahit autem amicitiam, ſi qua ſignificatio virtutis elucet, ad quam ſe ſimilis animus applicat et adiungit. Σωφροσύνην idem explicuit Tuſcul. III. 8.

7. Ἄναξ, ut δεσπότης, κύριος, Latinis Dominus, vox amantium, blanditiis apta. Cf. Marcil. ad Hor. II. od. 12, 13. Δαίμων vel *Fatum*, vel, ut ep. 42., *Amor, fato imperans.*

8. Ἐν σοὶ - θανάτῳ. Aliam imaginem vidimus ep. 16, 1.

XLVI. Pan, morte Daphnidis Syracuſani praeter ſolitum triſtis, venationi et ſilvis valedicit.

1. ἐκέτι ναίειν - κορυφάς. Cum noſtro conferendus Theocr. Id. 1, 123 - 126.

5. ἄϛυ τόδε. Intelligo Syracuſas, quae Siculis vulgo urbs. Daphnidis moribundi ſcena, ut bene adnotavit Harles ad Theocr. 1, 66., circa Syracuſas, vel in earum vicinia conſtituitur. θηρῶν - ϛελλέσθω. Summae indignationis et moeſtitiae vox. Nam idem eſt, ac ſi dixiſſet: Novum vobis quaerite montium te ferarum cuſtodem.

XLVII. Condiderat Meleager, ut in vita eius monuimus, egminam Anthologiam, alteram maioris ambitus et varii argumenti,

menti, alteram solis puerorum laudibus destinatam. Posteriori carmen, quod hoc loco edimus, praemissum aut potius subiectum esse videtur. Comparat vero, ut in prooemio carmina poetarum, ita nunc illos ipsos, quorum formas cecinerat, pueros herbis et floribus coronamque ex iis nexam Veneri dono tradit.

1. De στέφανος et πάγκαρπος diximus ad Carm. 1, 1. τρυγᾶν peculiariter de uvis, dein de fructuum et florum collectione in genere. σοὶ καθ. Ἔρως ψυχαπ. *tibi offert, suspendit poeta, ab Amore,* qui (cf. Carm. 3.) in mares incitat; *satis delusus.* Occulte, ni fallor, indicat, quod seq. carm. libere fatetur, se a pueris ad puellas transiturum esse.

5. Ἡράκλ., ὃς - ῥόδον. *Heraclitum, rosam sine spinis, aculeis.* ἀπὸ pro χωρίς, ut saepe. V. Thucyd. I. 65. et in eum Scholia. Innuit autem puerum, non ἀνιηρὸν, sed animo et moribus placidum, qualem Myiscum raro esse luget carm. 15, 3. οἰνάνθη - Δίων. pro ἐνέπλεκεν Δίωνα, ὃς ἔθαλλε, ὡς οἰνάνθη. De *oenanthe* diximus carm. 1, 8. Vtrum tamen herbam, an vitis florem h. l. intellexerit Meleager, parum liquet.

10. ἱμερτοὺς ἀρετῆς κλῶνας. *pueros, virtutibus suis amabiles.* Sic supra c. 1, 48., ob carminum praestantiam, Platonem dixerat κλῶνα, τὸν ἐξ ἀρετῆς παντόθι λαμπόμενον.

11. Ὀλβ. νήσων Τύρος. nam Alexandri oppugnantis operibus adeoque arte tantum continens facta est. Plin. V. 17. ἱερὰ utpote Deorum in primis Herculis cultu venerabilis. Mox ἄλσος παίδων πυρίπνευ pro παίδων πυριπνόων et ad eorum multitudinem denotandam ἀνθοφόρον, nisi, cum non careat epitheto suo ἄλσος, legere malis ἀνθοφόρων. Sic supra carm. 28, 2. de duobus pueris forma praestantibus οἱ δισσοὶ Κύπριδος ἀνθοφόροι.

XLIX. Interpretari prius epigramma, ut mutilum et corruptum et foedum, lectoribus, ni fallimur, haud invitis omisimus; eosdem si in carmine, integro quidem et sano, sed non minus turpi, immo turpiori, istum morem teneamus, non

male id laturos esse speramus. Adeant, qui sordibus delectantur, Lexica, in primis Suidam et Hesychii Interpp. sub voce Λάξαρνοι seu potius Λάξαυροι.

L. 1. Ματρὸς ἔτ' ἐν κόλπ. Egregie ad Amoris levitatem et periculum inde nascens notandum. Vix expergefactus, immo nondum e matris sinu dimissus, Deus iam talis de vita poetae ludit. Caeterum Cupidines talis ludentes praeter nostrum memorant Asclepiades c. 8. (Anal. I. p. 212.) Apollon. III. 117. et inter Polycleti sculptoris opera Plin. XXXIV. c. 19.

LI. Miratur et increpat poeta Amoris in bene tractanda anima insciliam. Reiske. Ludi simul in voce ψυχή, quae cum animam, tum animalculum illud notat, quod noctu lucernas circumvolitat Graecisque φάλαινα dicitur, contendunt Toupius et Schneider, ille in Epistola critica sub voce διάληψις, hic in Peric. crit. p. 9., an vere, aliis diiudicandum relinquo. Mihi salvem sensus, etiam missa ista amphibolia, minime obscurus esse videtur.

1. πυρὶ νηχομένην *angoribus agitatam*, ut 59, 7.

LII. Incusat Amorem, quod tribus puellis cor suum dilaniandum dederit. Simillimum nostro carmen inter ἀδέσποτα 43., cuius tamen auctor utrum Meleagrum an ipsum Meleager respexerit, non liquet.

1. τρεῖς Ὧραι utpote quae Deae pulchritudinis habebantur. Cf. Rufini epig. 17. (Anal. II. p. 394.) et Itpp. ad Theocr. Id. 1, 150.

2. Τρεῖς - πόθοι. *Tresque me puellae vulnerarunt hucque et illuc agunt.* οἶστρος de omni vehementiori cupiditate Lucillius 97, 4. (Anal. II. p. 337.) Μή σέγ' ἀπειρεσίων οἶστρος ἐλήκτεάνων.

LIII. Alloquitur semet ipsum poeta monetque de periculo, quod vetus amor, cui se subtraxisse falso putarat, denuo movere minetur. Carmen satis lepidum et iucundum sed in quo iure vituperari possit poetae inconstantia, qui primo di-

sticho

ſticho animam ut telo Amoris ſaucium, altero ut igne combuſtam, tertio ut vinculis elapſam compellet. Conſtantior licet ieiunior in ſimili argumento Poſidippus, ad cuius carm. 8. (Anal. II. p. 47.) noſtrum expreſſum eſſe fere arbitrer.

1. Ψυχὴ δυσδάκρυτε. Carent Lexica voce δυσδάκρυτος, quamvis non ignorant, compoſita ἀδάκρυτος et εὐδάκρυτος. Commode verti poteſt: *Anima, quae calamitati tuae illacrymas, ſeu quae invita lacrymas, indicia ardoris occulti, fundis.* Vtramque ſignificationem particula δυς admittit. Praeſtat tamen poſterior. τὸ πεπανθὲν τραῦμα. pulchre et exquiſite! πεπασμὸς de morbis et ulceribus, quae redeunt ad ſanitatem. Cf. Dorv. ad Charit. p. 322. et loca e Scholiis ibi adducta.

3. σὲ ſc. λίτομαι. At quanta vis in iterato μὴ πρὸς Διὸς! Trepidantem et cum ſemet ipſo pugnantem coram veluti cernimus.

5. λήθαργε κακῶν *o tu malorum, quae experta es, immemor!* Sic infra 82, 3. λήθαργε φίλεντων. πάλιν ad λήψεται refer.

LIV. Dubius cum animo ſuo ſermocinatur Meleager, utrum commiſſaturus ſit, necne. Placet vero carmen, cui comparaſſe iuvabit inter ἀδέσποτα 24 et 25., in primis conſultantis inconſtantia et levitate.

1. Βεβλ-τόλμα. Verba legis poetae, qui puero, ut facem accendat, praecipit ſeque ipſum ad audendum hortatur. Βάλλειν τὸν κύβον metaphorice pro *periclitari.* Cf. Eraſmus in Adag. p. 230. et Caſaub. ad Sueton. Caeſar. 32. Solemnius ἀνναρρίπτειν et ῥίπτειν τὸν κύβον.

2-4. Οἰνοβ. - μελέτη; His verſibus ita ſecum poeta diſputat, ut modo ſanae rationi aures praebeat, modo a malo affectus impetu ſe iterum abripi patiatur, donec tandem inſania mentis vincit. ἔρωτι λογισμὸς *ſoletne amor ratiocinari, deliberare?* ἅπτε τάχος i. e. ταχέως. verba ad puerum ut v. 1. λόγων μελέτη i. q. verſu ſeq. σοφίας πόνος. quorſum abiit litterarum et ſapientiae ſtudium?

5. Ἐρρίφθω-Ἔρως. Conversio maxime iocosa et suavis! *Valeat*, inquit, *omnis opera, quam Musis severioribus dedi. Satis me profeciſſe puto, quod didicerim, ipsius Iovis invictum animum Amori subiectum esse.*

LV. Luget poeta, se dies noctesque ab Amore cruciari. Memorabile carmen, in primis ob indicia amantis animi, graphice hic descripta.

1. ἦχος Ἔρωτος. nomen adamatae puellae. Egregie Propert. I. 12, 5. de Cynthia, quam perfidam esse credebat: Nec mihi consuetos amplexu nutrit amores Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat. Diversus ab hoc ille tinnitus aurium, de quo Sappho 5, 11. ἐπιῤῥόμβευσι ἀκκεώ.

2. Ὄμμα-φέρει. Quam vera et praeclara impotentis amoris imago! Simili modo de se Horat. IV. od. 1, 33. Sed cur heu! Ligurine, cur Manat rara meas lacryma per genas? σίγα ut σιγῇ *tacite*. πόθοις-φέρει *caloribus libat*, i. e. illacrymat, quoties puellas dilectas animus sibi fingit.

3. ἀλλ'-τύπος. *notae enim imagines ex amoribus meis in corde residere.* ὑπὸ τῶν φιλτρων pro ἐκ τῶν πόθων quod modo dixerat.

5. Ὦ πτανοί-ἰσχύετε; Plenius dixit Paulus Silentiar. 20, 3. (Anal. III. p. 77.)

6. οὐδ' ὅσον sc. χρόνον, ut carm. 78, 4.

LVI. Amorem, ut crudelem et aliorum malis gaudentem, detestatur.

1. Δεινὸς Ἔρως. Notum Theocriti (Id. 3, 15.) Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα. βαρὺς θεός. et Musaei (v. 245.) Δεινὸς Ἔρως καὶ πόντος ἀμείλιχος. Δεινὸς, *cui resisti nequit*. Accurate de ea voce disputantem vide Perizon ad Aelian. p. 2.

3. Ἡ γὰρ-γελᾷ. Plane, ut noster, Crinagoras de Amore, I, 7. (Anal. II. p. 140.) Ἔρως, τὰ θνητῶν ἐσί σοι γέλως ἄχη.

4. ἦν

4. ἦν δ' εἰπω-τρέφεται. Similis ἔννοια Virgilii, Ecl. 10, 29. Non lacrimis crudelis Amor saturatur. Caeterum κακίζειν τινὰ et εἰπεῖν λοίδορα ita inter se differunt, ut illud quavis iniuria, hoc maledictis aliquem lacessere denotet.

5. διὰ γλ. φαν. κύματος. quae ex mari prodiit, filia maris. Fere, ut Anacreon, qui Venerem 53, 30. χαροπῆς ἐκ θαλάττης λοχευομένην appellat. Vltimum versum turpat merus et ieiunus lusus in verbis ὑγρὸν et πῦρ. Culpa haec istius saeculi, cuius corruptum genium lectores pluribus locis, vel me non monente, animadverterint.

LVII. Mali mores Cupidinis, ex matris ortu et consuetudine derivati.

2. λαμυροῖς ὄμμασι. Intellige *oculos protervos, impudentes*, minime, quod Suidae placuit ad λαμυρὸν, (ibi enim versus quosdam carminis laudat,) εὐλάλας, τερπνὰς. Sola Amoris petulantia, neutiquam vero eius pulchritudo hic spectatur. Caeterum notandum, eundem Lexicographum pro vulgato πυκνὰ recte tueri πικρὰ, idque etiam in Cdd. Parisiensibus, reperiri doctus Interpres testatur.

5. Μητρὸς-βοᾷ. Veneris parens mare, ut notum. Hoc, figura satis audaci, obvia tamen in Tragicorum choris, *ventorum flagellis caesum mugire* ait. γενέτας δ' ἔτέ τις. De eodem Amore 84, 5. πατρὸς δ' ἐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος. Cum delectu vero h. l. addidit ἔτε τίνος, puto, ut indicaret, feroces Dei mores neque patre monitore correctos esse, nec animum eius mollioribus affectibus, quales sunt parentum in liberos, unquam patuisse.

LVIII. Crudelitate Amoris exagitatus, saeva in illum consilia poeta ceperat, sed ex solita amantium inconstantia in mitiora ea repente mutat.

2. Σκυθικὴν a praestantia dixit, ut Virgil. pharetram Lyciam. Aen. VII, 816.

3. τί μάταια - μυχθίζεις; *cur temere rides meque ore hianti et dentibus nudatis amare illudis?* σαίρειν proprie de irritorum canum rictibus. Schol. ad Arist. Pac. 635. ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορὰ· ὅταν γὰρ ὀργίζωνται, σεσήρασιν ἀλλήλοις. μυχθίζειν vero pro μυκτηρίζειν. Μυχθίζειν, χλευάζειν, μύκτηρίζειν. Suidas, qui locum sub hac voce laudat. Caeterum γελᾶν et σαίρειν iuncta quoque leguntur in Theocr. Id. 20, 13. et alibi. De voce σιμὰ v. carm. 84, 4. τάχα - γελάσεις. *Mox risum Sardonium*, i.e. labiis, quae contraxit dolor, *ridebis*. De proverbii ortu cf. Schol. ad Od. υ. 302. Pausan. X. 17. quique ex illis hausere, Suid. et Hesych. sub v. σαρδάνιος et σαρδόνιος γέλως.

5. ὠκύπτερα quae ποθηγὰ Πόθων i. e. *Amoris duces* appellat, ποδηγὸς enim idem, quod ὁδηγός,) sunt *pinnae alarum promulentes, et celeritatem in volando iuvantes*, nobis *Schwungfedern*. Cf. Aristoph. in Avibus 802., quaeque ibi laudat Beckius, Geop. 14, 7, 6.

6. Χαλκ.-πέδην *compedem ex aere parabo pedibusque tuis iniiciam*. Idem usus verbi χαλκόδετος in Eurip. Phoen. 114. et apud Aeschylum. V. Athen. XI. 8. p. 479.

7. Καίτοι - αἰπολίοις. Corrigit se ipsum poeta. *Quis fructus*, inquit, *emergeret, si Amorem vinculis constrictum cum anima mea cohabitare et veluti lupum in stabulis domicilium suum prope me constituere paterer. Eiusmodi victoria vere Cadmea* i. e. funesta et illi stabilis *esset*. Varias eruditorum de proverbio κράτος Καδμεῖον φέρειν sententias collegit Erasmus in Adag. p. 958. Verissima forte, quae de dracone, Cadmi ope occiso, novisque monstris, ex dentibus interemti genitis, illud explicat.

9. λαβὼν κἄφα πέδιλα. et hoc proverbialiter, pro *fugam adornare, capessere*. Cicero ad Att. XIV, 21. quare talaria videamus.

LIX. Colloquitur cum anima sua Meleager et iratus eam vituperat, quod amori tam diu tamque secure indulserit, nec tamen mala, quae ex eiusmodi negligentia oriri necesse sit, subire

bire velit. Inter feliciſſima carmina referrem, niſi nimium ludendi ſtudium auctor ubivis proderet.

1. Οὔ σοι - προσιπταμένη; *Nonne haec, te animam inclamans, vaticinatus ſum: „Capieris tandem, quae ſaepius viſco advolas?"* Intelligit ἰξὸν Κύπριδος, ut ſupra vidimus 5, 1.

4. σὰ πτερά σε nota imagine. Cf. 51, 2.

5. μύροις δ' ἔρρανε λιπόπνευ *te pingui odore iam fragrantem unguentis ungit*, pro vulgari, tibi iam calenti magis magisque flammis inſtat, in dies acrius te incendit.

7. σύ δ' ἄρτι - ἀναλεξ. *modo in ſummum diſcrimen te adducit, modo*, ut crudelius te torqueat, *ſpem aliquam ex longinquo oſtendit.*

9. τὸν ἄτεγκτον Ἔρωτα *Amorem, qui emolliri nequit, crudelem, durum.* Cf. quae egregie de hac voce diſputavit Ruhnken. in Lexico Timaei, p. 178.

10. ἐκ ἥδεις, ὡς ἐπὶ σοὶ τρέφετο; Infra carm. 85, 2. de Amore noſter: τί δ' ἐμοὶ τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν;

13. ταῦτα ſc. πῦρ καὶ χιόνα.

14. ὀπτῷ καιομένη μέλιτι. ὀπτῷ pro ὀπτητῷ, ut explicat vocem Euſtath. ad Il. δ. 345. p. 367. 12. Ed. Baſ. μέλιτι pro κάλλει. Sic carm. 40, 4. et alibi. Senſus igitur: *Digna pateris, quae in caluiſti melle, cui torrendi vis ineſt.* Facile vero patet, poetam ſe ipſum accuſare, quod amet puellam, quae pulchritudine ſua in perniciem amantum abutatur.

LXI. Longe a ſenſu huius diſtichi aberrarunt Brodaeus et Obſopaeus, quorum notas hic repetere ſuperſedemus. Verum vidit Salmaſius in Herodis Attici inſcriptione p. 223. Si nudam, inquit poeta, videris Καλλίσιον, fateberis, vocandam illam eſſe Καλλίσχιον, mutato T in duplicem litteram Syracuſiam, h. e. in X. Notandum vero, *duplicem* hanc dici a poteſtate, quae duplex eſt, valet enim KH, *Syracuſiam*,

fiam, ab inventore, quem Epicharmum Syracusanum fuisse ex Aristotelis testimonio perhibet Plin. VII. 56.

LXII. Mera ambiguitas in voce τρυφέρα, quae neminem linguae peritum fugit. In eandem Trypheram, scriptum carmen

LXIII. in quo eius amorem Scyllae fallaci comparat et ne denuo abripiatur timet. Mire fallitur Toupius, (Emend. in Suid. T. I. p. 61.) qui in mercatorem et mulierculam quandam Scyllam scriptum epigramma existimat.

1. ἀκοίμητοι πνέοντες Ζῆλοι, invidia seu zelotypia, ventorum instar, semper vigil. Bene Ramlerus Od. 38, 18. *Eifersucht immer wach.*

2. κώμων χειμερ. πέλ. pro simplici κῶμοι χειμερίοι, *commessationes inquietae, turbulentae*, nisi quis malit *commessationes, noctibus, tempestate infestis, agitatas* intelligere. Sic supra carm. 17, 1. legimus Χειμέριον μὲν πνεῦμα· φέρει δ' ἐπὶ σοί με, Μυῖσκε, ἁρπαξὸν κώμοις ὁ γλυκύδακρυς Ἔρως.

3. φρενῶν οἴακας; ratio et prudentia, quas amor debellare solet.

4. Ἢ πάλι - ἐποψόμεθα; Simili modo de amante misere pereunte Hor. I. od. 27, 19. Quanta laboras in Charybdi?

LXIV. Fefellerat poetam Lycaenis aliquamdiu simulato amore; nunc perfidiam tempus detexerat. Dubius ergo, utrum ipse coram cum ea rixetur, an ancillam seu laenam Dorcada ableget, huic, ut mandata perferat, modo praecipit, modo eundem revocat. Singularis vero in toto carmine regnat consiliorum inopia et amantis aestus.

1. ἐπίτηκτα φιλεῖν *non amare ex animo, simulatum amorem prae se ferre.* Cicero ad Atticum VII. 1. Omnia illa prima, quae etiam tuis litteris in coelum ferebas, ἐπίτηκτα fuerunt. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis eius diuturna simulatio. Hinc manifestum est, ἐπίτηκτα non *caduca*, sed *simu-*

ſimulata ſignificare. Br. Nec aliud quicquam ſuadet verbum ἐπιτήκειν, quod eſt *liquefacto obducere, tegere.*

5. Μηκέτι μέλλε, πέτα. *Ne cunctare, vola.*

LXV. In amicae Demus amplexu haerens de Luciferi nimis accelerato reditu queritur. Similes preces fundit Macedonius carm. 9. (Anal. III. p. 113.)

5. ἐπ' Ἀλκμήνην Διὸς ſc. ἐρωμένην *in Alcmenes a Iove amatae gratiam*: nam in unam duas noctes Deus confuderat.

LXVI. Iterum cum Lucifero, ſed in cauſſa diſſimili, litigat.

4. ὡς βάλλων - ἐπιχαιρέκακον. *perinde ac ſi gratum tibi ſit, malevolum lumen in me ſpargere, mala mea videre.* ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τὸ λυπεῖσθαι, ὥστε καὶ χαίρειν, Ariſtoteles in Ethic. II. 7.

LXVII. Irridet amicam ſuam, Iudaei amore captam, ita tamen, ut ipſe animi aegritudinem non ſatis caute celet. Caeterum quonam modo poſterius diſtichon cum priori cohaereat, ego non aſſequor.

3. πόθος σαββατικὸς pro πόθος σαββατικῶν *amor Sabbathum celebrantium*, h. e. Iudaeorum. Rivalem, ex iſta gente raro alioquin obvium, non mirabuntur, qui Meleagrum Gadarenum fuiſſe recordantur.

4. ἐν ψυχροῖς σάββασι vel quia ignem Sabbathis accendere non licebat, vel quia otio et quiete quaſi frigebant. Sic *frigida ſabbatha* Rutilii I. 389. Clam vero perſtringit Demo, cuius amator ſined ubio parum elegans parumque calidus erat.

LXX. Timario in anum mutatae poeta petulanter inſultat, utens allegoria, a navigio ruinoſo annisque corrupto petita, ſed tam flagitioſa et putida, ut interitum carminis ſane non lugerem. Longe verecundior, licet non lenior, in irridenda

denda vetula Lyce Horat. IV. od. 13. Ex epigrammatariis cum noſtro, maxime ab inventione et verbis, comparabitur Antiphilus Byzantin. carm. 1. (Anal. II. p. 169.)

1. Οὐκέτι - ἱερεσίη. Ludit poeta, ut recte doctiſſimus Küſterus ad Suidam, in ambiguitate vocis κέλης, quam etiam de re venerea dici conſtat. Cf Euſtath. ad Od. ε. p. 229. 37. κέλητος πῆγμα pro ſimplici κέλητα. Senſus eſt: „*Timarium, venuſta antea et ſolida, non amplius fert* (πῆγμα) *corpus, Veneris remigio* (πλωτόν) *aptum.*" Verbis Toupii uſi ſumus ſimulque emendationis ſupra memoratae rationem reddidimus.

3. Ἀλλ' ἐπὶ - πρότονος. Interſcapilium gibbere auctum extare ait. Iſtum autem tumorem *antennae mali nautici*, ſicuti capillum canum et horridum *rudenti ſoluto*, comparat.

5. Ἰσία - μαζων. Meminit noſtri verſus Suidas ſub v. σπαδών, ad quod recte Toupius: „Σπάδονος membra flaccida ſunt et pendula. Hinc poeta σπαδονίσματα μαζῶν *de mammis pendentibus.*" Cum vero addit, languere iſtas inſtar ἰσίων ἀώρητων, intelligit vela contracta et ſuſpenſa adeoque laxa.

6. γαζρὸς nove et inuſitate pro γαζρά, *navis alveus, venter.* Br. Bene vero in metaphora ſubſtitit noſter, dicens, ventris rugas natas eſſe ἐκ σάλε: nam σάλος pr. de agitatione ponti ex remis et tempeſtatibus.

7. Νερθε - σάλος. *Inferiores vero navis partes nunquam ſentina vacuae ſunt. Hinc cavi ſordium receptaculi continua exundantia, hinc inconſtans genuum vacillatio.* Ad vetulae tenulentiam refero. Recte vero Reiske de notione vocis θάλασσα: „Omnem cavam voraginem Graeci θάλασσαν appellant, ipſisque in ſacris foveam ſub altari, in quam reliquiae ſacrorum coniiciuntur."

9. Δύσανος - εἰκοσόρῳ. Eximius, quamvis in re turpi, dilectus! Minus recte Ariſtoph. in Eccleſiaz. 1090. Ὦ τρισκακοδαίμον, εἰ γυναῖκα δεῖ σαπρὰν βινεῖν. Mox ἀνωθ' ἐπιβὰς γραὸς ἐν εἰκοσόρῳ. *aſcendens navem viginti remigibus agita tam*, ſenſu, quem et parum acuti aſſequuntur.

LXXI.

LXXI. Narrat poeta tum in hoc tum in altero, quod noſtrum excipit, carmine, ſeſe Phanium fere iam effugiſſe, cum occultis inſidiis iterum in eius amorem inciderit. Ludit vero ex more ſuo in voce *Φανίον*, quae modo facem, modo puellam Phanium denotet.

1 - 4. *Οὔ μ' ἔτρωσεν - ἔβαλεν.* Non violenta media, quibus olim uſus eſt, adhibuit Amor, ſed ſcintillam in pectore ſopientem doloſe excitavit ſicque denuo me incendit. Significat autem *Φανίον μοροφεγγὲς facem, cuius flamma amantibus eſt μόρσιμος fatalis, exitialis.* Quam cum *σύγκωρον Πόθοισι, ſociam Cupidinum in commeſſationibus* vocat, forte ad ipſam Phanium, cui in eiusmodi *κώμῳ* nova illum vincendi occaſio oblata eſſet, alludit. Raro autem obvia compoſita cum *μόρος*. Vnicum inveni *μοροπονοῦν*, quod Heſych. *κακοπαθοῦν* explicat. *ἄκρον πῦρ* idem videtur, quod mox *βραχὺ Φανίον* et ſeq. c. *κνίσμα πυρὸς, ἀκρωνύχοις δισσοὶς θραυόμενον, exigua ignis particula, digitis ſummis avulſa.* Facile apparet, novas blanditias, vel formae gratiam et oculorum nutus fomitem amoris fuiſſe.

5. *Ἐκ δέ με φέγγος ἔτηξε* pro *φέγγος δὲ μ' ἐξέτηξε ſtatimque ignis me corripuit et liquefecit.* Non monuiſſem, niſi quendam turpiter in his ſe dantem noſſem. *τὸ δὲ - κραδίᾳ. moxque intellexi, ex iſta ſcintilla prodiiſſe flammam internam, quae cor exederet,*

LXXII. 2. *μὲ κρυπτόμενον me latentem, Phanii aſpectum vitantem.* Sed *Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος.*

5. *μοι ἐπέδραμεν* ſc. *Ἔρως ex iſta flamma proſiliens undique me adortus eſt, me totum invaſit. ὦ βαρύ - ἐμοί. O inimica lux, quae mihi affulſit!* Antea dixerat *Ἐκ δέ με φέγγος ἔτηξε.* Gratam in fine ſolutionem allegoriae nemo non, ut puto, agnoſcet. Similis converſio in Epigr. inter *ἄδηλα* 24.

LXXIII. Navibus, ex regione Helleſponti vela ad inſulam Co facientibus, mandata dat puellae Phanio, in Caria, ni fallor

fallor, (cf. v. 6.) tum moranti, perferenda iterque prosperum, si praecepti memores sint, promittit.

3. ἐπ' ἠϊόνων Κώαν κατὰ νᾶσον. *in littoribus insulae Coae oppositis.* h. e. in Caria, forte Halicarnassi. Sic κατὰ βορέαν ἐσηκὼς *obversus Boreae.* Thucyd. VII. c. 104. κεῖται ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν. Idem II. c. 30. in fine. Quam significationem nisi nostro quoque loco admiseris, vereor, ut v. 6. omnino explicari possit.

4. δερκομέναν ob reditum amantis exspectandum.

5. Τῆτ' ἔπος-πεζοπόρον. *Hoc meo nomine nuntiate: Desiderium tui; pulchra puella, me,* moram nautarum et adversam tempestatem timentem, *quo minus navim ascenderem, prohibuit, pedibus vero iter perficiens tutius et celerius adfuturum esse spero.* Sic omnia inter se conspirant. Fefellit interpretes, quod haec e Tyro scripta esse putarent et ad puellam in insula Co degentem.

7. Ζεὺς ἄριος. Satis notus Iupiter, qui mare ventosum temperat. Cf. Intpp. ad Horat. III. od. 4, 45. et ad Statii Theb. X. 373.

LXXV. Gratum animum testatur amico, qui ipsi in familiaritate cum pulchra Zenophila contrahenda profuerat.

3. Ἦ ῥ' ἐτύμως-χάριτι. *Profecto iucundissimum* ἐτύμως *mihi exhibitum officium is mihi praestitit, quippe donum, et in gratia tribuenda ipsam Gratiam dedit.* Lusum in verbis, cum nec lingua Latina ictum fugiat, facile lectores agnoscent.

LXXVI. Zenophilam, a Gratiis muneribus ornatam, Amorum imperio potitam esse, laetatur. Non absimile, quod de Praxitele legitur Epigr. 24. Nec cum nostro comparasse poenitebit laudem multo praestantiorem Euphrosynes in carminibus elegantissimi Götzii III. p. 150.

1. Ἀδυ-

1. Ἀδυμελεῖς - ἀπένειμαν. Haud satis Intpp. intellexisse videntur, quae his versibus sibi invicem opponuntur. Inde nata quoque correctio Toupii, cuius in V. L. iam meminimus. Musae, Sapientia et Amor Zenophilae imperium in Πόθες tradunt, i. e. quicquid pulchrum et elegans sit, in eius potestate esse volunt, simulque omnia potentiae insignia ultro deponunt. Hinc Musae Zenophilae plectrum gerere, Sapientia habere comitem Suadam, Amor denique, ἡνίοχος σὺν κάλλει, qui antea *cum pulchritudine* i. e. vi et potentia pulchritudinis (cf. 77, 6.) dux rerum summus et moderator fuerat, suavi forma superare permittunt. Sic omnia omnino conspirant. Vtrum recte viderim in carmine δυσνοήτῳ, acutiores iudicent.

4. τρεῖς χάριτας. Quaenam sint ista Gratiarum dona, ipse explicuit carminis seq. v. 3. 4. Caeterum idem lusus verborum invasit quoque carm. inter ἀδέσπ. 50. (Anal. III. p. 160) ubi de formosa puella: Αἱ Χάριτες τρεῖς εἰσί· σὺ δὲ μία ταῖς τρισὶ ταύταις Γεννήθης, ἵν' ἔχωσ' αἱ Χάριτες χάριτα.

LXXVII. Zenophilam suam, Gratiarum sociam, felicem praedicat, quod a tribus sororibus triplici, quae feminis impertiri possit, gratia instructa procedat. Eandem ἔννοιαν persequitur Rufin. c. 17. Anal. II. p. 394.

1. τρισσὸν σεφάνωμα. Reticetur, ut solet, verbum πλέκειν vel aliud huius generis.

2. τρισσὰς σύμβολα καλλοσύνας *adeoque tripliciter sua contulere, ut formosa evaderet.* σύμβολον et συμβολὴ *quod confertur, collatio.*

3. χρωτὸς πόθον. *illecebras, quibus* (cf. v. 5.) Κύπρις ὁπλίζει εὐνάν: (σύγκοιτα φίλτρα carm. 74. appellavit;) accuratissime enim huic dicticho, ni omnia fallunt, respondet ultimum, quod ita constituendum existimo: Τρισσάκις εὐδαίμων, ᾇ (vel ᾧ) καὶ Κύπρις ὥπλισεν εὐνὰν Καὶ Πειθώ — *Ter felix, Zenoph., cui dona, quibus valent Venus, Suada et Amor, amicae Charites tribuere.*

LXXVIII. Eximiis Zenophilae dotibus, in primis artis muſicae praeſtantia, adeo ſeſe fuiſſe captum teſtatur, ut fugae via non pateat.

1. πηκτίδι μέλπεις. Πηκτὶς, εἶδος ὀργάνε κιθαρῳδικῦ. Suidas, qui noſtrum quoque verſum ſervavit, male tamen πηκτίδα de ἀκολάξε σχήματος genere interpretatur. παυδέριον, ψαλτήριον, Heſych. Pectida Sapphus inventum nec diverſam a magade eſſe, docuit Athenaeus, XIV. 9. p. 635., qui in his multus. Additum μέλπειν indicat, cantum fidium cum voce ſociaſſe Zenophilam. Eodem modo Latini *melos tibia et cithara dicere.* Horat. III. od. 4, 1.

2. ἀδὺ κρέκεις τι μέλος. κρέκουσα, αὐλοῦσα. κυρίως δὲ κρέκειν, τὸ τὴν κιθάραν κρούειν. Suidas.

4 Οὐδ' ἐῶσι τόσον βαιὸν χρόνον, ὅσον ἀμπνεῦσαι ἔξι *quantum ad reſpirandum ſuffitit.*

5 μορφὰ βάλλει πόθον Macedon. 6, 6. κάλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

LXXIX. Somni officiis apud Zenophilam fungi cupit, ne Deo fallaci puella ſit committenda. Placet tenera anxiaque amantis cura.

1. τρυφερὸν θάλος, ut ποθεινὸν θάλος, carm. 119, 7. *puella delicata, amabilis.*

3. ὁ χὴ Δ. ὄμματα θέλγων. Somnus de ſe ipſo Il. ξ. 251. Ἦ τοι ἐγὼ μὲν ἔθελξα Διὸς νόον αἰγιόχοιο.

LXXX. Sortem ſcyphi, labia amicae tangentis, fibi optat. Votum dulce et amoris plenum, ſed ad nauſeam usque variis modis repetitum. Omnes forte feſtivitate vicit Dionyſius in carm. Εἴθ' ἄνεμος γενόμην -- Anth. Wech. p. 621. τᾷ λαλίᾳ i. e. εὐλάλᾳ. Cf. Ruhnk. ad Hermeſ. Eleg. v. 78. in Epiſt. crit. p. 296.

3. εἴθ'

3. εἶθ' - πρόπιοι, ex ſolito amantium more. Cf. Theocr 27. 62. et Bion. 1, 47. De Europae oſculo Rufin. 30, 4. τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

LXXXI. Laus pulchrae Zenophilae, a comparatione cum floribus vernis ducta.

2. ἐρεσίφοιτα κρίνα, forte narciſſi Dioſcoridis, de quibus III. 116. Νάρκισσος, ἔνιοι καὶ τοῦτο ὥσπερ τὸ κρίνον λείριον ἐκάλεσαν. φύεται ὁ κάλλιστος ἐν ὀρεινοῖς τόποις.

3. ἐν ἄνθεσιν ὥριμον ἄνθος. Flores tempeſtivos vocamus, cum calycibus ruptis ſummae pulchritudinis lumine lucent. Facile inde patet, cur h. l. Zenophilam ὥριμον ἄνθος dixerit. Eodem modo Catull. 17, 14. viridiſſimo flore puella, et de immatura Lyſidice Philodemus 15, 1. Οὔπω σοι καλύκων γυμνὸν θέρος.

4. 5. Πειθῦς - γελᾶτε. *facundiae laude* (cf. carm. 77.) inter aequales, *ut roſa* inter reliquos flores, *eminet. Quid ergo fruſtra violis et liliis, o prata, tam blande arridetis, quid cultu veſtro ſuperbitis?*

6. Ἁ γὰρ - ϛεφάνων. De Lydia auctor incertus: Quae bene ſuperas lac et lilium Albamque ſimul roſam rubidam. Nec minus egregie de Lina ſua e noſtratibus Bürger: *O May was frag' ich viel nach dir, Der ganze Frühling webt in ihr.*

LXXXII. Mandata ad Zenophilam, culici praemiis propoſitis commiſſa.

1. ἔασι ἄκροις ψαύσας *extremae auris orae* (timidum teneramque amantem agnoſce!) *arrepere* muſcam iubet, ne ſomno Zenophila nimis ſubito excitetur.

3. Ἄγρυπνος ſc. Meleager. Mox pro φιλέντων malim φιλέντος, ut ad ſolum poetam referretur.

4. *ναὶ φιλόμεσε.* ad culicis gratiam ineundam. Nam quis alioquin otio et ſtudiis poetarum iniquior?

5. *σύγκοιτον* beatiorem rivalem, vel maritum ipſum intellige.

7. *δορᾷ-ῥόπαλον.* Arma Herculis, ut nuntium paratiorem reddat, promittit. Illecebrae, quibus vix ullae aliae ad movendum magis idoneae. Nihil frequentius, quam muſcarum in bellis ardor et pugnandi cupiditas. Hinc iſta ſolemnis in veteribus et recentioribus armatae muſcae imago. Cf. Achilles Tatius II. 22. et Hagedorn. L. I. Fab. 12.

LXXXIII. Dirae in culices, dormientem Zenophilam circumſtrepentes.

1. *αἵματος ἀνδρῶν σίφωνες.* Similitudinem duxit a tubis, aquam inſugentibus et emittentibus. Eodem redit comparatio cum *βδέλλαις*, qua, ut frequentiori, utitur Theocr. 2, 56.

2. *νυκτὸς κνώδαλα διπτέρυγα. monſtra nocturna, binis alis volantia. κνώδαλον* vero cum dilectu h. l. poſitum eſſe puto: nam licet reptilia quoque et inſecta noxia indicet, in primis tamen de maioribus beſtiis monſtrisque marinis dicitur. *κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια θηρία.* Heſych.

5. *κοὐ θῆρες-χλιαινόμενοι. non ut ſe ſanguine ſatient, accedunt immaniſſimae beſtiae, ſed ut delicato corpore eiusque calore delectentur.* Notandus vero in his tum repentinus amantis aeſtus, tum viliſſimi ipſius rivalium generis metus, tum denique occultae pulchrae puellae laudes.

LXXXIV. Poeta, quod ex v. 2. coniicere fere licet, Zenophilae deliciis ſatiatus, miſſum Amorem facit, et, ut fit, nil niſi perfidum et malignum animum in Deo cernit, ſed illecebris puellae mox iterum captus vix ſibi temperat, quin ſtatim denuo ſententiam ſuam mutet. Praeivit autem noſtro maxima parte Moſchus in Id. 1, quod ut diligenter comparent, iuvenes in primis monemus.

1. Κη-

1. Κηρύσσω τὸν Ἔρ. *Magna κήρυκος voce Amorem omnibus notum reddo.* Eodem ſenſu de Venere Moſchus: τὸν Ἔρωτα μακρὸν ἐβώξει.

4. σιμὰ γελᾶν *naribus diductis*, i. e. ſubdole et vafre *ridere*: naſus enim, ut irae, ita quoque irriſionis ſedes. Plin. 11, 59. Hinc forte quoque Latinorum *naſo adunco ſuſpendere*, pro illudere, ſubſannare.

5. Παῖδὸς - τίνος. Notus Amor ἀπάλωρ vel ex Platonis Sympoſio Tom. X. p. 177. Ed. Bip. et Theocr. Id. 13, 2. ſed novum colorem rei addidit, quod tanta feritate et immanitate hunc Deum eſſe fingit, ut omnes ipſumque mare violentum eum genuiſſe negent.

9. Καίτοι - κρυπτόμενος. Bene de Amore Propert. II. 30, 9. Excubat ille acer cuſtos; quique proprior ad noſtri acumen accedit, Muſaeus de Hero, 94. ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων Ἕλκος ὀλισθαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὀδεύει. Nec ſine dilectu dictum περὶ φωλεὸν: nam φωλεὸς proprie de luſtro, ex quo ferae rapaces praedatum exeunt.

LXXXV. Conſilium de Amore vendendo infelix amator capit, ſed parum ſibi conſtans mox illud, ne laedat Zenophilam, revocat. Notus ex Anaglyphis Amor in cavea, ut vendatur, incluſus.

1. Πωλείσθω - τρέφειν. Singula fere verba mentem exacerbatam produnt, in primis, quod ipſum Amoris nomen poeta nusquam pronunciat, ſed ſignis tantum Deum inviſum notat. τὸ θρασὺ ſc. παιδάριον ut ſupra epigr. 3. 4.

3. σιμὸν ἐφυκὴ ὑπόπλερον. Vtrumque ad pueri mores pingendos. Nam ſimae nares libidinis, (Ariſtot. Phyſiog. 6.) alae levitatis indicium. Eodem ſpectat v. 4. κλαῖον πολλὰ μεταξὺ γελᾷ, quippe modo riſum, modo triſtitiam ſimulare ſummae perfidiae nota. Cf. Moſchus 1, 25. 26. ἄκρα ὄνυξι κνίζει ſummam cutem unguibus vellicat. Supra epigr. 39, 2. legimus κραδίαν ἔκνισ' ὁ θερμὸς Ἔρως.

6. ὐδ' - τιθασόν. Moschi Venus de filio v. 21. Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει. Cf. quoque Apollon. III. 93. et Lucian. D. D. 12 et 19.

11. Καίτοι - μένε. Inexspectata eoque gratior conversio. Parcitur Amori, ut cum Zenophila nutrito et educato, h. e. fatetur poeta, facilius sibi esse, superbiam et crudelitatem puellae ferre, quam sine ea vivere.

LXXXVI. 2. ἔπλασεν Ἔρως. Amor, in corde domicilium sibi constituens, iam notus ex Anacr. 33, 6. Non mirum igitur, eundem in pectoribus imagines delineantem fingi. Simili modo e nostratibus elegantissimus Götz T. III. p. 7. *Meiner Hirtinn allerliebsten Namen Grub die Liebe mir ins Herz hinein.*

LXXXVII. 1. ὑπ' Ἔρωτος ἀνέτραφες. *sub auspiciis Amoris creristi, nutritus es.* Respicit, ni fallor, poeta ad proelia sectis unguibus acria, sive ad lusus istos amatorios, de quibus epigr. 98, 2. sermo est.

LXXXVIII. Iunge: θέλω μᾶλλον κλύειν παρ' ἄασιν *auribus excipere* τὸ ΦΘ. Ἡλ., ἢ τὸ ΦΘ. τᾶς κιθ. Λατ. Excidisse vero potius poetae videntur, occasionibus, nescio quibus, oblatis, hoc quaeque sequuntur duo carmina, quam consulto in laudem Heliodorae scripta. Neminem igitur offendet cuncta ingenio et acumine parum sese commendare.

XCI. Tenue, cum in tenui argumento versetur, carmen, forte etiam inter ipsa pocula ortum statimque recitatum. Longe gravior idea a Rufino carm. 15. expressa. Ipsam veterum in coronis nectendis diligentiam cautasque, cur in bibendo eas adhibuerint, cui libet, discat ex Athen. XV. 10.

3. ὑάκινθος πορφυρέη. Virgilio vaccinium nigrum et ferrugineus hyacinthus. Cf. Intpp., in primis Martin et Heyne ad Ecl. 2. 18. et Georg. IV. 183. Adde Ovid. in Metam. X. 211-213.

5. Ὡς

5. Ὡς ἂν - στέφανος. *ut corona, temporibus Heliodorae, corymbio ungentis madente conspicuae, imposita, omnem eius bene comatam caesariem floribus tegat, obumbret.* Erat crinis, qui βοτρυδὸν i. e. in racemi morem congestus et concumulatus erat, Graecis βότρυς et βόστρυχος, (habet ergo utraque lectio versus nostri, quo se defendat,) Romanis corymbus et corymbium. Cf. Salmas. ad Solin. p. 534 g. et 536 f. At in re vili Meleager sine dubio nimis diu moratus est.

XCII. Adhortatio ad puerum, vina ministrantem.

1. Ἔγχει. Plene dixisset Ἔγχει κυάθον ἕνεκα Ἡλ. Marcus Argentar. carm. 12. Ἔγχει Λυσιδίκης κυάθους δέκα. De more in amicorum et puellarum nomen bibendi v. Theocr. Schol. ad Id. 14, 18. et Intpp. ad Horat. III. od. 19, 9.

2. Καὶ - Χάριτος. *et alterum poculum in eiusdem suaveloquentis Gratiae honorem.* ἃς τὸ ποθ. - πίομαι. Ornatius dixit: cuius nomen, a ministro, dum scyphum exhaurio, saepius repetendum, cum mero quasi imbibitur. Alia arridet interpretatio Reiskio, sed confirmatur nostra carm. 93, 2.

XCIII. Iterum mandata ad pocillatorem. Dulce vero in primis carmen tenero amantis affectu, cui nomen et dona amicae, licet perfidae, unice in deliciis sunt.

3. τὸν βεχθέντα - στέφανον. *coronam, quae heri comas ornarat etiamque nunc guttas ungenti* (lacrymas eas v. 5. vocat,) *demittit.* At vide, quantum singula fere verba aegrae mentis dolorem produnt!

5. Φιλέραζον quippe rosa flos Veneris et pulchritudinis symbolum. Pausan. VI. c. 24. p. 514. Ῥόδον μὲν καὶ μυρσίνη Ἀφροδίτης ἱερά ἐστι καὶ οἰκεῖα τῷ εἰς κάλλος λόγῳ. et Auson. Idyll. 14, 17. Ros unus, color unus et unum mane duorum Sideris (*Luciferi*) et floris, (*rosae,*) nam domina una Venus. Caeterum noli ἄλλοθι de mera Heliodorae absentia interpretari. Satis indicat ἐσορᾷ, puellam sub ipsius poetae oculis in alterius amplexu haesisse.

XCIV. Nova mirique prorsus leporis idea. Pila inter se ludunt Meleager et Heliodora. Pila poetae cor, quod Amor ipse in puellam mittit. Hinc preces, ut iungat colluſorem Πόθον i. e. Deſiderium ſeu Cupidinem, et, ni id faciat, minae.

2. τὰν ἐν ἐ. μοὶ παλλ. ſc. ob metum, ne reiiciatur.

4. τὰν ἀπάλαιξραν ὕβριν. erat enim pila ludentibus inter alias haec quoque lex, ut alter alterius pilam reciperet, nec in adverſam partem eam detorqueret. Cf. Wernsdorf ad Poet. L. min. T. IV. p. 398.

XCV. Recte ait Brunckius, ultimum diſtichon venuſtiſſimum nemini non deſiderium initii deficientis incutere. Quae de ipſo epigrammatis argumento ſtatuo, ex Latina verſione apparet. Vtrum vero ſatis feliciter lacunam expleverim, lectores videant. Forte melius commodo meo conſuluiſſem, ſi in Brunckii iudicio, qui carmen in diſputationem poetae cum ſemetipſo, ut ſupra carm. 64., ſcriptum eſſe autumat, acquieviſſem.

XCVI. Occaſionem epigrammatis apis Heliodoram circumvoluns dediſſe videtur. Pretium eius cum viro, eximio veri pulchrique ſenſu praedito, Schneidero, perexiguum eſſe iudico, nec auctum iri arbitror, ſi quis Heliodorae Meliſſae cognomen fuiſſe dixerit. In Stratonis vero carmen 88. (Anal. II. p. 379.) longe praeſtantius Meleagrum reſpexiſſe, quis pro certo affirmet? Forte nil, niſi cauſſa, utrique commune fuit.

1. Ἀνθοδίαιτε, ἐν ἄνθεσι διαιτώμενη *vitam in floribus agens.* Sic ἀγροδίαιτος Gell. 1, 5. ſi lectio certa, et ἀβροδίαιτος. Aeſchyl. in Perſis 41.

3. εἰαρινὰς κάλυκας *flores vernos, nondum expanſos.* κάλυξ. τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου, τὸ μὴ ἐκπεταθὲν ἄνθος. Heſych.

4. Πικρὸν ἔχει. Iungi poſſet ἔχει ἐνὶ κραδίᾳ, vereor tamen, ut recte. Malim κέντρον, ἀεὶ πικρὸν κραδίᾳ, *aculeum, cordi ſemper gravem, acerbum.* Telum pungens Heliodorae vis eſt pulchritudinis, qua amantes ſollicitat, raro beat.

XCVII.

XCVII. Noctem, Deam omnis amoris dolique furtivi conſciam, rogat, ſi quis amplexibus Heliodorae fruatur, ut gaudia eius turbet.

1. παμμήτειρα θεῶν *Deorum omnium mater*, ad gratiam ineundam. Orpheus H. in Noctem: Νύκτα, θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Νύξ γένεσις πάντων. κώμων σύμπλανε. *quae comiſſabundis undique interes eosque ad ipſa puellarum cubicula ſequeris.*

3. ὑπὸ χλαίνῃ Ἡλ. *in lecto Heliodorae*: nam χλαίνη h. l. de lodice ſeu ſtragula, ut in Il. ω. 646.

4. χρῶς ὑπναπάτης *corpus, quod deliciis ſuis ſomnum ab amantibus arcet.* Cum dilectu vero ſimul addidit χλιαινόμενος, ut calorem ex tam teneri corporis motu orientem indicaret.

5. Κοιμάσθω ὁ λύχνος. Lucernam enim in myſteriis nocturnis adhibebant homines voluptarii, quos omnibus ſenſibus imbibere amorem iuvabat. Cf. Statilius Flaccus carm. 3. Martial. X. 38. quaeque ad Anthol. Latin. T. I. p. 684. et ad Propert. II. 12, 12. annotavit Burmannus Sec. Simile quid rivali et periurae Heracleae imprecatur Aſclepiad. carm. 25.

6. δεύτερος Ἐνδυμίων. Satis patet, Meleagrum rivali gravem ſimul et inquietum ſomnum, qualis aegrotantium eſſe ſolet, (de horum enim inſomniis anxiis ἐπτάζεσθαι pr. dicitur,) imprecari. Illud autem non ſtatim liquet, cur prae aliis Endymionem huc traxerit. Reſpexit tamen, ni fallor, ſaltem potuit ad fabulam iſtam ſingularem, qua Endymion, quoniam in amorem ſui Iunonem allexerat, tam alto ab Iove immiſſo ſomno in Latmio luco ſopitus eſſe dicitur, ut diva frui omnino non potuerit. Cf. Schol. ad Theocr. 3, 49. et Apoll. Rhod. IV. 57.

XCVIII. De fide Heliodorae, a qua primo diluculo diſceſſerat, mire ſollicitus, lychnum Amoris teſtem obſecrat, ut puellam, fidam quam acceperit, fidam tradat. Poematium, quo vix ullum aliud ſuavius! Tam gratum in amante metum, tam dulcem affectum prodit.

1. *φιλάργυρπνος πόθος desiderium, quod ſopiri nequit, ſemper vigil.* Obverſantur autem animo aegro tum magnitudo amoris in Heliodoram et periculi inde timendi, ſi fidem fallat, tum omnes gaudii furtivi modo percepti imagines, maxime illa *κνίσματα ὄρθρων σκολιῶν* h. e. *vellicationes et molles morſiunculae*, quales, *diluculo infeſto ingruente*, amantes in diſceſſu ſibi inferre ſolebant. Erat nimirum in Venereis deliciis illud quoque, labella — inter baſiandum leniter ſtringere. Nota ex Plutarcho (Pompei. c. 2. p. 419.) ἑταίρα Flora, laudans Pompeium, quod ἀδήκτως ab eo diſcedere nunquam potuerit. Et hic eſt mos, ſi quid video, quem noſter quoque indicat, cuiusque plures meminerunt, v. c. Catull. 8, 18., Plautus in Pſeudolo 1, 1, 65. et Horat. I. od. 13, 11. Recte mihi explicuiſſe videor *κνίσματα* et *σκολιὰς ὄρθρους*, quorum poſterius ſi cum Reiskio de noctibus *tarde procedentibus* i. e. hibernis intelligas, vereor, ne a ſenſu poetae aberres et ſignificationi verbi vim inferas. Novimus iam ὄρθρον δυσέραστον ex c. 65. et bene *σκολιὰ* interpretatur Heſych. δυσχερῆ. At quid ſit δηξιχαρῆ, (nam δακιχερῆ v. V. L. tum metro, tum analogiae adverſatur,) ego, ut verum fatear, non aſſequor. In promtu ſunt *κν. δακρυχαρῆ morſus gaudentes lacrymis, lacrymas gratas cientes.* Habet tamen ne hoc quidem, (quamvis compoſitionis modum defendat vox δακρύγελως, obvia in Ach. Tat.) quo ſe ſatis commendet, ideoque codicis auxilium merito expectandum.

4. *ψυχρᾷ ἐνὶ κλισίᾳ* de viduo toro intelligendum. Bene ad noſtrum Ovidius III. Amor. 5, 42. Frigidus in viduo deſtituere toro.

7. *νέα παίγνια.* Παίγνια ſunt luſus, quibus amantes ad amorem ſe invicem excitant. Haec infra carm. 100, 3. φίλα, nunc, alludens ad amatorem poſt ſe receptum, *νέα* dixit.

8. *ἧς παρέδωκα* ſc. *σὲ φύλακα* cuius te cuſtodem conſtitui.

XCIX. De Amore triumphat, nulla, quibus laedi i poſterum poſſit, tela Deo ſupereſſe contendens. Noſtro ſimillimum Philodemi carm 21. (Anal II. p. 88.)

1. *ὦ*

1. ὦ σάνδαλον Ἡλ. Σάνδαλον et σανδάλιον pr. genus calceamenti muliebris, auro saepe gemmisque ita distincti, ut oculos facile alliceret. Indicat igitur noster, se quamvis artem, qua in vincendis virorum animis puellae utantur, nosse viresque eius expertum esse. Scite de variis capiendi modis Ovid. in Rem. A. 343. Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur Omnia. Pars minima est ipsa puella sui.

2. πρόθυρον μυρόῤῥαντον, *vestibulum unguentis aspersum, stillans.* Notim cogitare de studio, quod amantes in superbis puellarum postibus ungendis ponere interdum solebant: (cf. Lucret. IV. 1171. et Athen. XV. 3. p. 670.) satis nota nimia in hac re veterum diligentia, et erat sine dubio Timarium una ex iis, quae in atriis, tricliniis et cubiculis exornandis non minorem, quam in se ipsa, curam ponens, undique amantibus retia tenderet.

6. ἐν ἐμοὶ π. γ. ἐξι βέλη. De saucio Melissiadis corpore Rufin. 20, 2. (Anal. II. p. 395.) Κέκραγεν, ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην.

C. Per suaves, quibus deceptus sit, puellarum illecebras perque ipsam nocturnam lucernam iurat, se Amoris iugum diutius non esse laturum.

3. ναὶ Φιλάγ-μέλη. *te tandem testem facio, lucerna, quae mihi comissationes agenti semper praeluxisti,* (cf. carm. 98, 1.) *totque cantilenas ante fores decantatas audisti.*

5. βαιὸν ἐπὶ χείλεσι τραῦμα. vulnus externum adeoque, quatenus opponitur vulneri ἐνὶ κραδίᾳ seu interno, leve.

CI. Dirae in perfidam, cuius culpam ex manifestis indiciis intellexisse putat.

1. μυρόπνες ἀρτιβρ. πλ. *coma unguentis haud ita pridem infusis stillans* Suspicatur, amicam φιλάσωτον et intemperantem nocturno κώμῳ adfuisse modoque rediisse.

4. καὶ

4. κρή-μίτος *et filum*, quo devinxisti coronas, σφιγκτὸς ἀμφὶ κόμαισι, *nunc quoque comas circumdans, ambiens.* Novum indicium, suspicionem nocturnae comissationis celebratae augens: nam in conviviis ad dolores ebrietatis arcendos serta praecipue adhiberi solebant. Athen. XV. 5. p. 675.

5. Ἔσκυλται-κίκιννος· *cincinnos etiam manibus protervis dilaniatos et inquinatos video.* De comae laniatu, frequenti in puellis, quae vinci pugnando amant, egregie disputat Cl. Ruhnkenius in Epist. crit. I. p. 73. Pertinet huc in primis, quem ibi citat, locus ex Ovid. Amor. III. 14, 33. Cur plus, quam somno, turbatos esse capillos Collaque conspicio dentis habere notam? et praeter hunc Pauli Silentiar. carm. 4. et 9. quorum utrumque nostrum respicit et illustrat.

7. καλεῖ· πάταγος. De pectide dixi ad carm. 78, 1. Κρόταλον (secundum Suidam ὁ σχιζόμενος κάλαμος καὶ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσί) teste Ioh. Sarisber. in nugis curial. 8, 12., instrumentum musicum, quod in sono vocem ciconiae imitatur, et non nisi in saltationibus impudicis adhibitum esse videtur. Hinc auctor Copae. 1-3. Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella, Crispum sub crotalo docta movere latus, Ebria famosa saltat lasciva taberna.

CII. Iurgia cum ἑταίρᾳ, cuius e cubiculo, maligne primum clauso, sed postea vi effracto, rivalem beatiorem fugarat.

1. τί θεὰς sc. ὀμνύεις. ex perfidarum more.

3. μόνη σὺ πάλιν, μόνη ὑπνοῖς; Simularat, se languere ideoque noctem solam transigere velle. Notum commentum, quo lenae amantes plerumque fallebant. Tib. II. 6, 49. Saepe, ubi nox promissa mihi est, languere puellam Nuntiat, (lena) aut aliquas extimuisse minas.

4. νῦν ἔτι. licet in ipsius amantis amplexibus deprehensa.

7. Καίτοι-μενεῖ. Corrigit se poeta. Abigere puellam constituerat, nunc mente mutata ait: *Sed quid agito? Gratia non*

non poena haec missio tibi esset: nam, quod unice exoptas, ad amantem te statim reciperes. *Age!* ὦδε *In eodem, quo nunc est, statu, tam tristis,* tam pudore suffusa, αὐτὰ *hic vincta manebit, tenebitur.* Summa vero in eo ipso, quod mutavit personam, vis indignationis et irae.

CIII. Ex comissatione domum rediturus ad amicae fores constiterat. Cuius cum fidei parum crederet, anxius sibi ipsi varias quaestiones proponit et, si spem fallat, amori vltro valedicit. Placet vero in carmine tum tenerrimus, quem spirat, affectus, tum blanda animi, licet offensi, submissio.

4. Ἀγρυπνοι adeoque desiderio mei ictam. Eodem redit, quod sequitur, λύχνῳ πόλ᾽ ἐπαρομένην.

6. ἐκδήσω στεφάνας. Quae olim artifices, in primis autem pugiles et milites, pugnis bellisque defuncti, facere solebant, idem hic in amante videmus. Coronas, κώμων ornamenta, Veneri (cf. v. 7) suspendit, ut nuntium amori remissum esse declaret. Egregie autem simul, dum in puellae foribus has deponit, ni fallor, indicat, se domum eius sacellum divae Veneris iudicare. Aliud est consilium Iphis, qui (v. Ovid. Metam. XIV. 708.) *madidas lacrymarum rore coronas Postibus intendit*, ut duram Anaxareten sibi exoret. τὰς ἰκέτας. ultionem perfidiae innuit, at quam modeste! Sic Venerem ad Chloes arrogantiam puniendam tecte Horat. excitat III. od. 26, 12.

8. στοργῆς σκῦλα forte modo in comissatione detracta, nisi quis σκῦλα malit interpretari *pignora.* σύλον, (σκύλον) Hesychio ἐνέχυρον. Caeterum de his amantium ineptis studiis v. Brouckhus. ad Propert. I. 9. quosque ad Tib. I. 2, 7. laudavit Heynius.

CIV. Puellae de amante foedifrago ad noctem et lucernam, quas solas promissi ultro citroque dati conscias esse air, dulcis querimonia.

1. συνίστορας ὄρνοις fere, ut apud Philodemum, qui itidem carm. 17, 1. lychnum τὸν σιγῶντα συνίστορα τῶν ἀλαλήτων vocat.

vocat. De lucernarum in congressibus amatoriis usu v. 97, 5. et Inpp. ad Mart. XIV. 39. Eadem vero conversio, quae in Asclep. c. 18. (Anal. I. p. 214.) Νύξ, σὲ γάρ, ἐκ ἄλλην μαρτύρομαι.

5. νῦν - φέρεσθαι. εἰς ὕδωρ φέρειν nota de irritis promissis et verbis locutio, nec Latinis inusitata. Theocr. 22, 167. εἰς ὑγρὸν ὤχετο κῦμα πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο.

6. Λύχνε - ἑτέρων. Melius forte interrogative: nam talia ferre nefas lucernae erat. v. carm. 98, 7.

CVI. In gallum invehitur, quod matutina vociferatione ab amicae amplexibus eum divellat, mortemque indignabundus minatur. Simillimum nostro Argentarii carm 8. (Anal. II. p. 267.) Eadem causa rixae, eaedem minae. Respexit sane Argentarius Meleagrum, Meleager ipse Anacreontis c. 12. Vtrumque vero e nostratibus longe superavit elegantissimus Götz Tom. I. p. 47.

1. Ὀρθροβόας Meminit epitheti, cuius ratio facile patet, Athenaeus III. 20. p. 98. τρισάλαξε ἄλαξε, ἀλάθητε, δεινὰ καὶ ἀνεπίληπτα εἰργάσμενε. Schol. ad Il. χ. 261. Vox graviter irascentis. Nec otiosum, quod addidit, verbum νῦν. Iam tum, inquit, cum infeliciter amarem, noctesque insomnis transigerem, infensus mihi Aurorae nuntius fuisti; at quanto magis nunc, cum amicae favore fruar? Paulo lenior Antipater Thessal. carm. 5, 3. (Anal. II. p. 110.)

2. πλευροτυπὴς κέλαδος (ut in Epigr. κέντρον μηροτυπὲς et apud Eurip. in Suppl. 604. χερροτυπεῖς κτύποι) clamor, qui larera i. e. intima ferit, percutit.

3. ὅτι - Φιλεῖν. *quod finis inset tum noctis, tum amoris.*

5. θρέπτειρα χάρις non praemium alens, sed *praemium nutricium, in nutritionis gratiam datum, Ammenlohn.* Sic θρεπτήρια alimenta et alitura praemia, Hesiod. Ἔργ. 188. Confirmant interpretationem verba Argentarii, carm. laud. v. 3. ἣ τάδε θρέπτρα τίνεις.

CVII.

CVII. Hoc et quod sequitur epigramma sibi invicem lucem affundunt. In utroque blanditiis, in altero quoque donis cicadam tentat, ut dulci suo cantu somnum adducat curasque levet.

1. τέττιξ. Graecorum τέττιξ, Latinorum cicada genus est insecti volantis, in calidioribus regionibus frequens, nigris alis, argenteis maculis distinctis, ac voce longe magis canora, quam locustae. Cf. Heyne et Martin ad Virgil. Georg. III. 328. et, qui in primis carmen nostrum illustrat, locus ex Hesiodi Scuto Herc. v. 393 - 397. δροσερῇς ϛαγόνεσσι μεθυσθείς. ex antiqua opinione, ab omnibus poetis servata, (V. praeter Hesiodum memoratum Virgil. Ecl. 5, 72. et Anacr. 43, 3.) forte, quia ad cicadae vitam felicem curisque solutam indicandam nil aptius videbatur.

2. ἀργρον. μέλπεις μᾶσαν. Latine expressit Virgil. Ecl. I. 2. Facile vero patet, poetam nulla alia de causa cicadae nunc cantum pastoritium, moxque sonos lyrae tribuere, quam ut eius gratiam ineat.

3. πριονώδεσι κώλοις *pedibus serratis*, sive *dentatis*, quorum ope arborum ramos et folia amplectuntur.

6. ἀντωδὸν Π. κρέκων κέλαδον *quae mutuo cantu Pani respondes*. Ἀντωδὸν, κατάλληλον. Suidas. Κρέκειν ἀντωδοῖς χέλεσιν ἁρμονίαν sonum ab aliis acceptum reddere, imitari, dixit Archias ab eo laudatus carm. 28, 4. (Anal. II. p. 99.)

7. ὄφρα - πλατάνῳ *ut amorem et quicquid curarum amor habet oblitus hic sub platano somnum vener.*

CVIII. 1. Ἀκρὶς Latinorum locusta, a cicada omnino diversa (v. Plin. 11, 35.) sed non minus, quam illa ipsa, vocalis, (cf. Argentar. c. 29. Anal. II. 273.) ut recte eam, quemadmodum Horat. lyram suam, (I. od. 32, 14.) *dulce laborum lenimen*, moxque ex sententia veterum, λιγυπτέρυγον dixerit, quippe ope alarum, quas v. 4. pedibus pulsari noster ait, sonos ἄκρις emittere credebatur. V. instar omnium Mollum ad Longi Pastoral. I, 12. In versu altero interpungendo concinnio-

cinniorem Brunckii rationem secuti sumus. Nam iungi quoque potest et iunxit Planudes Ἀκρ. ἀρ., M. λιγ.

3. αὐτοφυὲς μίμημα *non arte sed natura ipsa lyram imitans.* Mox κρέκε μοι τὶ ποθεινὸν, ut, quod modo legimus, φθέγγε τι νέον παίγνιον. Eadem ratione de interfecta locusta Mnasalcas 10, 3. (Anal. I. p. 192.) Οὐδ' ἐμὲ κεκλιμένον σκιερὴν ὑπὸ φυλλάδα τέρψεις Ξανθᾶν ἓκ πτερύγων ἀδὺ κρέκασα μέλος.

5. Ὡς με - ἐρωτοπλάνον. Variat poeta in verbis. Carmine praecedente dixerat: Ὄφρα φυγὼν τὸν Ἔρωτα ὕπνον ἀγρεύσω: est enim φθόγγος ἐρωτοπλάνος *cantus amorem fallens, decipiens.* μιτοεῖν simpliciter h. l. canere, propr. de fidibus citharae.

8. Δῶρα - ψεκάδας. Vt facilius locustam exoret, dona enumerat, quae quovis sole oriente ei missurus sit, nimirum γήθυον sive γήτειον, quod, teste Plinio, (XIX. 32) ex ceparum genere est saepiusque ut porrum resecatur, praeterque hoc δροσερὰς ψεκάδας σχιζομένας h. e. σχισομένας (V. Vigerius de Idiot. Gr. L. p. 335.) ῥόματι, *roris guttulas, ore solvendas, dissecandas.*

CIX. 2. παννυχίδων. Non festa solemnia, in Veneris honorem celebrata, cogitanda, sed κώμοι potius, seu pervigilia, quorum μύσην se ipsum vocavit carm. 103, 7. Vt in isto vero coronas, sic in hoc Deae lychnum officiis suis defunctum consecrat.

CX. Increpat Mars insipientem militem, qui spolia, sanguine non imbuta, templo eius, donarii loco, affixerat. Expressit vero poeta ad singula usque verba Leonidam Tarentin. qui epigr. 47. (Anal. I. p. 232.) idem argumentum tractavit.

1. Τίς - Ἐνυαλίε; *Quis mihi ornamentum tam turpe et inglorium, arma late fulgentia* adeoque nondum contra hostem lata sed viro imbelli detracta *ex templi tholo, suspendit?* Carmine modo celebrato eundem Martem interrogantem audimus: Τίς,

Τίς, ὁ θρηικοῖσιν ἀνάψας Ἄρηος ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα; Sic iudicabam, antequam inſpexeram, quae ad Leonidae carmen Anal. III. p. 51. notarat Brunckius. Nunc video, eſſe θηητὰ ex emendatione, quam V. D. Scaligeri codici allevit et Huetius probavit, antiquam autem lectionem, a Suida ſub θρηγκὸς ſervatam, Τίς τάδε μοι θνητῶν θρηικοῖσιν ἀνῆψε σκῦλα; optimam profecto, ſi ad ſenſum reſpicis, (quid enim opus θηητὰ, cum ſequens diſtichon ſatis et abunde declaret, eſſe arma ſplendentia, pulchra?) peſſimam contra, ſi ad metrum. Edidit Küſterus, in Notis θνητῶν περὶ τοῖς et ſic iam, omiſſa tamen vocula τοῖς, Planudes: ſed hoc quoque vix genuinum. Requiri videtur epitheton, θρηικοῖσι congruum. Ipſum θρηγκὸς de omni coronide et faſtigio. θρηγκὸς, ςεφάνη, περίβολος, ἢ τῶν οἰκιῶν τὰ ἀνωτάτω. Suidas. Iure igitur etiam, ni fallor, de interiori tecto rotundae aedis, in teſtudinem concameratae, ut loco, anathematibus in primis ſacro. Cf. Thomaſinus de Donariis c. 6. et Heyne ad Virgil. Aen. IX. 408.

3. Οὔτε γὰρ αἰγανέαν, οὔτε πήληξ ſc. εἰσὶ περιαγέες, ἄλλοφος, (ſine ſenſu Planudes εὔλοφος) ἔτε ἄρηρε (male idem ἀνῆρε) σάκος Φ. χ. *immo ne ſcutum quidem, ſanguine inquinatum affixit,* ἀλλ᾽ ἐνάρα.

5. αὔτως γανόωντα utpote quorum uſus in bellis nullus fuerat.

6. χορῶν pyrrhichiam ſaltationem innuit.

7. Οἷς θάλ. κοσμεῖτε. Leonid. Tarent. v. 7. Παῖδα τίς τοιοῖσδε Κοσμείτω, καὶ τὸν νυμφίδιον θάλαμον.

CXI. Monet Meleager, vinum aqua admixta innoxium eſſe reddendum. Eleganti imitatione expreſſit carmen Ianus Brouckhuſius L. III. El. 1. p. 34. pluresque e recentioribus, ut docuit Burmannus ad Lotich. L. I. carm. 24. et ad Anth. Latin. p. 12. Recte ibidem clariſſimus Editor, Epigramma, quod ex eius Collectione ſupra cum Lectoribus communicavimus, ſuſpectum iudicat et ut verſionem, e Graeco confectam, taxat.

1. Αἱ Νύμφαι - κυλινδόμενον. Bacchum, ex igne natum ideoque Ovidio (Metam. IV. 12.) *ignigenam*, Nonno (Dionyſ. XXIV. 12.) πυριτρέφεα dictum, Nymphis nutriendum traditum eſſe, ſatis notum ex fabulis. (V. Burmannus l. l.). In eo vero ſingularis noſter, quod eum non in Iouis femore conditum, ſed ab ipſis Nymphis ſtatim e cineribus raptum et educatum ſcribit. Cf. Heynii ad Apollodor. Notas, p. 559.

3. Τοὔνεκα - καίομενον. Bene ex Tibullo huc advocavit Burmannus III. 6, 57. Naida Bacchus amat; ceſſas o lente miniſter? Temperat annoſum Marcia lympha merum.

CXII. Admonet vel ſe ipſum, vel δυσερωτα quendam, ut vino amoris aegritudinem pellat.

1. Ζωροπότει - Βρόμιος. Egregie de Baccho Propertius III. 17, 3. Tu potes inianae Veneris compeſcere faſtus Curarumque tuo fit medicina mero, moxque v. 6., qui bene convenit cum epig. noſtri 4. Tu vitium ex animo dilue, Bacche, meo.

2. λάθας δωροθότας. *oblivionis* hic, qui alibi, ut in Virgil. Aen. I. 734., laetitiae, *dator*.

CXIII. Accuſat poeta Bacchum perfidiae in Amorem, quod myſteria huius revelet, ſua contra (nam feſta Bacchi nocte magnoque cum ſilentio celebrabantur,) abſcondat. Comiſſationem, ex convivio ad amicae ianuam inſtituram, et huic epigrammati ortum dediſſe, v. 1. indicare videtur.

2. Θεὸς θν. ἀνιόχει κραδίαν. Hinc forte Deus χαλίφρων in Hymno eius laudes canente. Anth. Wech. p. 83. v. 23.

3. ἐν πυρὶ γενναθεὶς. Cf. Not. ad car. III, 1.

4. καὶ με - ἱκέτην Nimirum vim in ſupplicem et clientem exercet Bacchus, quatenus amantem ad proditionem Amoris impellit. Bene de Nicagora Aſclep. Samius car. 10. (Anal. I. p. 213.) Οἶνος ἔρωτος ἔλεγχος. ἐρᾷν ἀρνεύμενον ἡμῖν Ἤνυσαν αἱ πολλαὶ Νικάγορην προπόσεις.

6. νῦν

6. νῦν comissatione incepta, utpote quae, cum agmen plerumque, amante praeeunte, ad puellae dilectae fores procederet, aperta animi interni proditio esset.

CXIV. Praecatur Iovem, cuius ad aram taurus mactandus constitutus erat, ut misero, cum ipse tauri forma quondam indutus fuerit, parcat. Idem acumen in Moschi tauro arante.

4. Πορθμεὺς sensu proprio. Πορθμεῖς πάντως λεγόμενοι, ὡς διὰ πορθμοῦ, ὅ ἐστι στενὸς πόρος θαλάσσης, τὰς περαιουμένους ἄγοντες. Eustath. ad Od. ν. 187. p. 728.

CXV. In Nioben eiusque liberos pereuntes, vel marmore, vel aere expressos. Comparent iuvenes cum nostro ex Antipatri Sidonii carminibus 42. et 43, ex Theodoridae 7., (Anal. II. p. 17. et 42.) ut in idem ἄγαλμα scripta.

1. κλύ' ἐμὰν φάτιν. Cogitandus est poeta, ab una ad alteram partem operis transiens, nunc quidem solis in pueris haerens, sed mox ad puellas tandemque ad ipsam matrem se vertens. Inde intelligendum, cur φάτιν suam, ἄγγελον ἄτας i. e. *nuntium cladis* appellat. Matrem ut nondum visam alloquitur: Ταντάλι παῖ. Cf. Heynii Not. ad Apollod. p. 590.

2. Δέξαι - λαλιάν. *Accipe, quam mihi calamitas tua extorquet, querelam.*

3. κόμας ἀνάδεσμος est taenia, sive vinculum, quo mulieres in crinibus ligandis, ne sparsi fluerent, utebantur. Notus autem mos, capillos in luctu solvendi. Bion de Venere 1, 19. ἁ δ' Ἀφροδίτα, λυσαμένα πλοκαμίδας, ἀνὰ δρυμὼς ἀλάλητα. ἰὼ - γόνον *Vae tibi, mater infelix prolis masculae, quae Apollinis telis gravibus perit!*

5. Ἄταρ τί τόδ' ἄλλο; Nova oculo contemplantis se scena luctus pandit, filiae vel iamiam occisae, vel propinquam mortem horrentes, ipsaque mater, sensim sensimque rigescens. Est vero φόνος v. seq. non caedes, sed potius *caedis locus* (ut in Od. χ. 376.) quem interemtis puellis repletum, graviter ait.

8. ἃ δ' ἐπιμαξίδιος *altera occisa ad pectus reclinata iacet.* Nil tamen impedit, quo minus cum Brodaeo infantem pectori admotam intelligamus. Ex veterum enim locis non liquet, utrum omnes Niobes liberi adulti fuerint, nec ne.

9. Ἄλλα - ὁρᾷ. *Haec sagittam ex adverso venientem horret, illa, telorum metu perculsa, fere iam exanimata iacet, altera oculo adhuc spirante lumen quaerit.* Excellens imago! Non inferior tamen Antipater Sid. 43, 5. Ἃ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἃ δὲ λιπόπνοις Κέκλιται· ᾗ δὲ βαρὺς πότμος ἐπιπρέμαται. Mira caeterum in liberorum numero diversitas. Sed in his quoque cf. Heynii ad Apollod. Notas, p. 590. Noster cum Euripide septem filias posuit.

11. Ἃ δὲ λάλον - λίθος. Sensus est: *Ipsa autem mater ἀδυρόγλωσσος terrae affixa conspicitur, mutata in saxum, speciem carnis, ex qua concrevit, prae se ferens.* En de eadem Niobe Theodoridae verba, (car. 7, 5.) quae, quid sit λίθος σαρκοπαγὴς, optime explicant: Ἃ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα πέτρου̃ται.

CXVI. Lepus, ab amica Phanio nutritus eiusque nimia liberalitate necatus, fata sua enarrat, hospitisque humanitatem praedicat. Parem gratiam apud Leonidam Tarent. carm. 65. (Anal. I. p. 237.) locusta dominae Philaenidi refert.

4. Φανίου ἁ γλυκερόχρως, ut ἁπαλόχρως, (Hesiod. Εργ. 519.) *puella tenera, delicata.*

5. θνήσκω παχυνόμενος. *Tandem, cum iam satis pinguis et saginatus essem nec tamen ullum edendi finem reperire possem, interii.*

7. με νέκυν *me mortuum.* Frequenter ὁ νεκρὸς et ὁ νέκυς substantive pro *cadavere.* Pausan. in Achaic. p. 399. Ἐφέσιοι τὸ̃ Ἀνδρόκλε τὸν νεκρὸν ἔθαψαν. Epigr. ἀδέσπ. 613. de Niobe Αὐτὸς αὐτὸ̃ νεκρός ἐσι καὶ τάφος. Mox vocem τάφον non de sepulchro, sed ut Il. ψ. 29. de περιδείπνῳ seu *epulo funebri* interpretaberis. Lacte Phanium nutriverat leporem. Is igitur, ipsa in morte, qualis fuerat in vita, Epicuri

curi sectator, gaudet, se prope stabula conditum esse sicque causam mortis, ut sibi haud ingratam, semper ante oculos habere. Non enim in vituperationem, sed in laudem puellae haec dicta esse, manifestum.

CXVII. Inducit poeta Lycambis filias, sub inferis se ab Archilochi contumelia defendentes cumque Musis rixantes, quod tantam iniuriam improbo viro permiserint. Patet vero ex epigrammate nostro, si illud cum Dioscoridae 23. (Anal. I. p. 498.) compares, Archilochum maxime Lycambidarum pudicitiam fuisse infectatum satisque audacter iactasse, se cum ipsis in Iunonis templo concubuisse. Ab his paulum discedit Acron ad Horat. V, car. 6, 13.

1. τὰ κελαινὰ-Φερσεφόνης. Iurat per Proserpinae torum, quia haecce Dea, instar matris, pudicitiae fama florebat et eandem ob causam Graecis κόρη vocabatur. ἀῤῥήτᾳ i. e. πότνιας epitheto Siculi in primis Proserpinam ornabant. Cf. Theocr. 13, 14.

3. πολλὰ-Ἀρχίλοχος. Apud Dioscorid., quem noster forte respexit, Lycambidae v. 5. καθ' ἡμετέρης γενεῆς ἐριηλὸν ὄνειδος φήμην τε ζυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος. φλύειν. τὸ ἀναζεῖν, βράζειν Suid. hinc nostro pro *eiicere*, seu *evomere*.

5. ἐπέων φάτιν pro ἔπεα φατὰ *carmina, quae vulgantur et nomen poetae conciliant*. Lugent virgines, Archilochum Musarum donis abusum esse.

CXVIII. In Clearistam, quae prima nuptiarum nocte vitam cum morte commutarat.

1. ἐπινυμφίδιον sc. δῶρον. *Non tori gaudia, sed mortem Clearista dono nuptiali accepit.* παρ. ἄμματα λυομένα, *cum iam in eo esset, ut zonam solueret.* Milesiae quaedam puellae, quae, ne ignominiam paterentur, mortem sibi ipsis conscivérant, in epigr. ἀδήλω, v. 5. (Anth. Wech. p. 379.) ἐὸ ὑμεναίε Νυμφίον ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εὑράμεθα.

3. Ἄρτι - θύρας. Novae nuptae plerumque tempore veſpertino, praeeuntibus taedis et accinentibus tibiis cithoroedisque (Il. σ. 490.) in mariti domum deducebantur. Hinc bene noſter: *Iam in ſponſi foribus loti* h. e. tibiae e loto factae *ſonabant, iam ſtrepitus valvarum thalami exaudiebatur.* Noſtrum, ni fallor, imitatus eſt Philippus Theſſal. qui in ſimili argumento, carm. 79. (Anal. II. p. 234). Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει Λωτός, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις. moxque, ut Meleager v. 6. Θρῆνος δ' εἰς ὑμέναιον ἐκώμασεν. Recte cferes quoque Ach. Tat. I. c. 8. p. 44.

5. Ἠῶς - μεθ. Praeiviſſe noſtro Erinnam car. 3, 8. (Anal. I. p. 59.) acute iam animadvertit Cenſor eruditus Analectorum in Nova Bibl. Philolog., vernacula lingua ſcripta, Lipſiae 1778. Tom. IV. p. 60. Sed recte eundem emendaſſe Ἠ. δ' ὁλ. ἀνέκραγε· τὸν δ' Ὑμ. Ἄλγεος ἐς γοερὸν Φθ. μεθ. profecto ne non Criticus ſibi perſuadeat, vereor. Requirit ſenſus, ut mutetur *Hymenaeus* i. e. nuptiale carmen, non, ut mutet; quid? quod litteris mirum quantum inter ſe diſtant σιγαθεὶς et ἄλγεος ἐς. Ipſum tamen locum nec ego ſanum pronuntiem. Redundat vocula ἐν et carere omnino nequit μεθαρμόζειν particula ἐς vel εἰς. Propius forte ad veram lectionem accedet: Ἠῶς δ' ὀλολυγμὸς ἀνέκραγεν· ἔνθ' Ὑμέναιος Σιγῶν εἰς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο. *At die illuceſcente coorta eſt lamentatio* ſc. ob defunctam: *tum Hymen obmuteſcens in flebiles planctus tranſiit, ſe convertit.*

7. Αἱ δ' αὐταὶ - ὁδόν. *Eaedemque faces*, quae, cum lectum aſcenſura eſſet, illi praeluxerant, *nunc intra thalamum lucem ſundebant, ut viam ad inferos munirent.* Praeferebantur enim faces, ut novis nuptis, ita quoque vita defunctis, cum funere efferrentur, unde de decrepitis notum proverbium ἐπὶ τὴν δᾷδα τοῦ βίου.

CXIX. Luget poeta fatum dilectae ſuae Heliodorae eamque terrae commendat. Spirat vero carmen in ipſis ſingulis verbis tam dulcem, tamque amabilem affectum, qualis numquam, niſi in chariſſimis, obtinet.

2. ὀρφ-

2. στοργᾶς λείψανον εἰς Ἀΐδαν *siquidem nihil aliud reſtat, quo tibi in Orco verſanti amorem intimum teſtificari poſſum.* στοργὴ de omni pietate, etiam in defunctos.

3. δάκρυα δυσδάκρυτα ut Homeri (Od. Φ. 531.) δάκρυα ἐλεεινὰ *lacrymae moeſtiſſimae.* δὺς intenſive.

6. κενεὰν εἰς Ἀχέρ. χάριν repeto αἰάζω *Te lugeo Heliodoram, lugeo vanam in Plutonem gratiam* h. e. preces et libationes, quibus fore, ut flectatur, ſperavi, ſed fruſtra. Sic Ep. 123, 5. ἀνωρύοντο γυναῖκες τὰς μαςῶν ψευδομένας χάριτας καὶ κενεὰς ὠδῖνας.

8. ἀκμαῖον ἄνθος De Zenophila carm. 81, 3. ἓν ἄνθεσιν ὥριμον ἄνθος.

10. ἠρέμα - ἐγκάλισαι. Expreſſit Tib. II. 4, 50. Terraque ſocurae ſit ſuper oſſa levis.

CXX. In uſum ſuum contulit, vel potius e Graeco Latinum reddidit diſtichon noſtrum Martialis V. 34, 9., ubi de Erotio, puella ſex annos nata: Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, nec illi Terra gravis fueris: non fuit illa tibi. Hinc, quo ſenſu Aeſigenem Meleager ἐ βαρὺν dixerit, ethico an phyſico, in incerto. Illum ſententiae ſuavitas, hunc locus modo laudatus ſuadet.

CXXI. Epithaphium, quantum coniicere licet, in Heraclitum Epheſium, philoſophum, morum acerbitate et odio humani generis ſatis celebrem, ſcriptum, ſed tanta obſcuritate laborans, ut non immerito Reiskius σκοτεινῷ ipſi Heraclito illud compararit, quodque in primis ad incitas interpretem redigit, vix ſanum et integrum. Dicam tamen, quod ſentio. Facile, qui rei difficultatem intelligunt, ſi offenderim, condonabunt. Pravis, non Heracliti, ſed aliorum conſiliis patria Epheſus perierat ſicque, ni fallor, in tyrannorum, forte Darii, poteſtatem pervenerat. Exacerbatus hiſce philoſophus primum leges civitati dare recuſarat poſteaque in montem extra urbem ſeceſſerat. (Diogenes Laert. IX. 1. nr. 2. 3.) Hanc inimici-

tiam etiam post mortem retinuisse noster fingit ideoque Heraclitum, civem Ephesium ita admonentem, inducit: Ego Heraclitus, mi amice, qui in sapientibus praeceptis inveniendis omnes post me reliqui (ex persona viri ὑπεροπτικοῦ, ipsum Homerum dignum, qui colaphis caederetur, iudicantis,) nunc mortuus tibi fata aperio, quavis sapientia potiora. Cum viverem, (primum hic distichon excidisse puto,) patriam servare mihi unice cordi fuit. Asiae enim, i. e. Dario, regi Asiae, adeo infensus, ut calcibus eum petiissem, contra malignos homines, patriam perditum euntes, loqui non destiti, quippe Epheso, nutrici meae, maiorem gratiam a me referri posse dubitabam. Sed (alterum distichon hic deesse videtur) frustra haec egi. Tuque tamen in tumulo irati moraris? Fuge longe, sed cave, monitori tuo sis asper! Fieri enim potest, ut mox asperiora a civibus experiaris. Nunc vale, civis eiusdem patriae, ideoque merito monende. In ultimo disticho constituendo Reiskio, emendanti πεύσῃ, assensus sum, ita tamen, ut Brunckii interpunctionem servarim.

CXXII. In Philaulum philosophum, alioquin ignotum, quantum autem ex causa mortis et genere coniicere licet, Stoicum. Colloquuntur inter se Hospes et Vmbra.

2. Θριασεύς. Θρία. δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Stephanus de urbibus. Atticae ergo civis Philaulus.

4. τὸν δὲ σοφοῖς ἕταρον sc. *βίον sed vitam, studio sapientiae deditam, vixi.*

6. κείνων sc. σοφῶν γευσάμενος κυλίκων *poculis ipsorum philosophorum*, qui Zenonis dogmata et exemplum sequuntur, *gustatis*. Plinius Secundus de Corellio isti sectae amicissimo I. 12, 3. Corellium quidem summa ratio, quae sapientibus (h. e. Stoicis) pro necessitate est, ad hoc consilium (mortem sibi consciscendi) impulit.

7. λάβοι - βίοτον. Laudat hospes Philaulum, quod λόγον πίνυτον i. e. principia et disciplina Stoicorum ne moriens quidem deseruerit. Optime huc facit locus Ciceronis ex Officiorum L. I. 31, 5. „In actiones omnemque vitam nullam discrepan-

pantiam conferre debemus"; quibus mox, ut mortem Catonis Vticenſis defendat, addit: „Atque haec differentia naturarum tantam habet vim, ut non numquam mortem ſibi ipſe conſciſcere alius debeat, alius in eadem cauſa non debeat." De formula λάβοι νύ σε βῶλος ἐλαφρὴ. v. Kirchmannum de Funerib. Rom. III, 9. p. 389.

CXXIII. In Charixeni, iuvenis duodeviginti annorum, obitum epitaphium affectibus vere maternis plenum.

1. Οἰκτρότ.-χλαμύδι. Ordo verborum: Ματήρ, Χαρίξενε, ἐξόλισε σε, οἰκτρότ. δῶρον ἐς Ἀΐδαν te, donum lacrymabile, in Orcum abreptum. Chlamydes inter puerilia veſtimenta meminit Vlpianus in l. veſtis. D. de auro et arg. leg. Puerilia ſunt, quae ad nullum alium vſum pertinent, niſi ad puerilem: veluti togae, praetextae, aliculae, chlamydes, pallia, quae filiis noſtris comparamus. Cf. Plaut. Merc. 5, 2, 71.

3. ἀνίκα ἄλικες σὸν νέκυν ἀχθοφόρευν cum aequales, corpore tuo (v. 116, 7.) onuſti, incederent, nam ἄχθος pr. onus. ἀπ' οἴκων ſc. patris.

4-7. Πένθος-ὠδῖνας. Comparari poſſunt Bion in morte Adonidis 89. et Antipatri Sidonii carm. 110, 3. (Anal. II. p. 37.) ubi mater de filio duodenni: Ὤλετ' ἐμᾶς ὠδῖνος ὁ πᾶς πόνος, εἰς πῦρ, Ὤλετο Παμμένεος γειναμένᾳ κάματος., in primis tamen Meleager ipſe carm. 119, 6.

7. κακοπάρθενε Μοῖρα. O Fatum virginibus inimicum. Ad ſpem connubii ineundi reſpicit. V. 4. iam dixerat: οὐχ Ὑμέναιον ἀνωρύοντο γυναῖκες. Mox πτύειν εἰς ἀνέμους ventis dare, ad nihilum redigere.

9. Τοῖς μὲν-ἐλεεῖν. Verſus tenerrimi et παθητικώτατοι. De Patrio Miltiadis filio carm. ἀδέσπ. 59a, 9. Λεῖψε φίλοις δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἄλαστον. ἀγνῶς πευθομένοι ſunt, qui, maturae tuae mortis ignari, per imprudentiam ſeu caſu ſciſcitantur, quid agas.

CXXIV. In ſepulchro poetae Antipatri, qui eiusdem patriae eiusdemque cum Meleagro noſtro aetatis fuit, gallus, ſceptrum ſub alis, pedibus palmam geſtans, adpoſito talo, conſpiciebatur. Haec ſigna carmen noſtrum interpretatur.

1. Ἄ κίονα *O columna.* Alloquitur Meleager cippum. Mnaſalcas carm. 7. (Anal. I. p. 191.) Ἄ σύριγξ, τί τοι ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρεσας; Dorv. in Vanno critica, p. 141. τί vero, pro κατὰ τί, iungendum cum ἔξα. *Quem in finem exhibes inſigne, gallum aſpectu trucem?*

2. καλλαΐνα πτέρυξ eſt *ala, quae colorem gemmae, Calais dictae,* h. e. colorem venetum ſeu hyacinthi caerulei (Cf. Salmaſ. in Homon. H. I. p. 177. B. e.) *exhibet:* nam καλλαΐς gemma ex viridi palleſcens. Plin. 37. 8. ſ. 33. et 10. ſ. 56. Plura dabit l. l. Dorville, qui inſuper, ſceptrum inter galli alam inſertum fuiſſe, bene monet.

3. Ποσσὶν - ἀσραγαλος. Alterum inſigne, ut ipſe v. 13. explicat, *palma* fuit, Victoriae ramus, tertium *talus,* isque ſuper ipſius baſeos crepidine, non in facie plana, ſed in latere ſuo ita conſtitutus, ut procidere videretur.

5-12. Ἦ ῥά - ἐφρασάμαν. Simulat poeta, ſe ignorare, quem tumulus condat, et ex inſignibus inſculptis nunc regem, nunc pauperem, nunc curſu victorem, ibi compoſitum, coniicit. At cum varia ſigna modo in hunc, modo in illum non quadrent, nec una interpretatione comprehendi poſſint, tandem v. 14. novam explicationem ingreditur. νικάεις pro νικήεις a νίκη, victor, ut τιμήεις, τιμάεις a τιμή.

7. λιτὸς τύμβος (ut λιτὸς δόμος Antip. Sid. 53, 1.) *ſepulchrum non magnificum, vile.*

11. Οὐ ψαύω καὶ τῇδε. *Sed ne hac quidem via verum aſſequor.* Locutio, ab iis, qui haſta adverſarium ferire conantur, deſumta, ut Il. ψ. 805. vel a iaculantibus. Ψαύειν hic ſynonymum cum τυγχάνειν et συμβάλλειν. Dorv. τί, ut ſupra, pro κατὰ τί. *At qua in re comparandus eſt.* Φράσασθαι h. l. *advertere, intelligere.*

13. πάτραν δὲ - Τύρον. Palmam insigne Tyri et in nummis eius frequentem docuere Spanhem. de Numism. praest. I. p. 345. et Holsten. ad Steph. p. 333. τὰν πολύπαιδα Τύρον supra iam vidimus car. 47, 11.

15. Ὄρνις - ὑμνοθέτας. *Gallus nimirum* ἐννέπει *indicat, Antipatrum voce sonante praecelluisse, simulque in amore felicissimum, et inter Musas*, h. e. inter eos, qui studiis Musicis florent, *numerosum poetam fuisse.* Dorv. Gallus, idem optime addit, hic per excellentiam, ut alibi, *Ales* dictus, in symbolis inter alia tria notat, Stentoream vocem, vel hominem, qui voce alios vincit, ut orator, praeco, dein, quia non solum magna voce praeditus hic volucris, sed etiam canora, poetam in primis magniloquum, unde etiam ἀοιδός, (V. Theocr. 18, 56., coll. quae ad 7, 48. Heinsius monuit) tandem, quia avis salacior, hominem in venerem procliviorem. γεγωνὸς ab Homerico γεγωνεῖν. γεγωνὸς ἐξάκουστος, μεγαλόφωνος Hesych. Cf. Eustath. ad Il. μ. 337. p. 870. ὑμνοθέτης pr. in choris *praecentor*, dein passim quoque pro poeta, ut ὑμνοπόλος, ἀοιδοπόλος et ἀοιδοθέτης, (Anth. Wech. p. 395.) Cum vero ποικίλος vocatur Antipater, causa est, quia vario carminum genere lusit. Notum Ovidii IV. Trist. 10, 49. de Horatio dictum: Et tenuit nostras *numerosus* Horatius aures. Sic saepissime poetae, carmina, instrumenta musica ποικίλα audiunt. Cf. Pindar. Ol. 3, 14, 4, 4. Nem. 4, 23 et 77. et de Alcaeo Epigr. ἀδήλου (Anth. Wech. p. 135.) ποικίλα δ' αὐδᾷ Ἀλκαῖος.

17. Σκῆπτρα - ἀγράγαλος. Sceptrum eloquentiae signum habebatur, vel quia Mercurius, eloquentiae Deus, sceptro ornabatur, vel quia hominum animi eloquentia reguntur. Eustath. ad Il. α. 15. p. 19. Σκῆπτρον σημεῖον καὶ βασιλείας καὶ λόγων καὶ δίκης κατὰ τὰς παλαιάς. et enucleate ad Il. σ. 506. p. 1215. Ad poesin respicere posset Meleager, sed conicere etiam licebit, Antipatrum inter rhetores et sophistas claruisse. Alteram versus partem felicissime explicat Leonidae Tarent. car. 84. (Anal. I. p. 242.) quod egregie huc vocavit Cl. Dorv. Vnus ἀγράγαλος, in sepulchro sculptus, iactum minimum indicat, quem Χῖον appellant, qui iactus symbolice, ut varia, (v. Hydium de Instr. lusor. p. 143.) ita quoque vel simpliciter *mortem*, vel *hominem mero Chio potanda mortuum* de-

designat. Cf. Dorv. I. l. p. 163. Sensus igitur: Antipatrum vino madentem casu obiisse, talus in latere constitutus, (nam in calculis *unione*, in talis *ipsa officuli positione* χῖον cognoscebatur,) prodit.

CXXV. Duo, ad quae nunc procedimus, epitaphia ipse sibi Meleager, utrumque senio iam confectus, scripsit. Docet vero, ubi natus et educatus sit, alterique horum carminum excusationem patriae ignobilis addit.

3. ὁ τὸν - Χάρισιν. Verba, ex nostro repetita carmine ἀδέσπ. 573. Sunt vero ἱλαραὶ Χάριτες idem quod, Χάριτες Μενιππείαι seq. carm. Vide Vitam poetae ibique not. i. De Anacreonte Simonides 55, 3. (Anal. I. p. 136.) Ὃς Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων, τὸν γλυκὺν ἐς παίδων ἵμερον ἡρμόσατο.

5. ἤνδρωσε *educavit*, non vero genuit: nam patria fuit Athis. Θεόπαις quippe ab Agenore, Neptuni filio, ex quorundam sententia, condita. ἱερὰ merus ornatus. Ipsum versum, latine p. 87. exhibitum lectores sic corrigant rogo: Huncce Tyrus puerum fovit Gadarenaque terra. Vt supra legitur, facile suspicionem movet, Tyrum in regione Gadarensium sitam fuisse.

6. Κῶς Μερόπων sc. πολις. Cf. carm. 24, 7.

7. Ἀλλ' - φράσον. Nota veterum, cum sepulchra transirent, consuetudo, vita defunctis Vale dicendi. Ovid. III. Trist. 3, 75. At tibi qui transis, ne sit grave, quisquis amasti, Dicere, Nasonis molliter ossa cubent. Iubet vero Meleager viatorem tumulum praetereuntem, si quidem Syrus sit, Selom, sin Phoenix, Avdonis, (חוֹה אֲרֻנִי) sin Graecus, χαῖρε acclamare, nam omnia se intellecturum esse, primum, quoniam origine Syrus, alterum, quia in Phoeniciae urbe educatus, tertium, quia Graeca civitate donatus sit, maximamque aetatis partem inter Graecos exegerit.

CXXVI.

CXXVI. 1. Νᾶσος Τύρος. v. carm. 47, 11. Θρέπτειρα. Latinis *terra altrix*. Virgil. Aen. III. 273. Epigr. praecedente ἤνδρωσε legimus. Ἀτθὶς ἐν Ἀσσ. ναιομένα Γαδάροις pro Ἀτθὶς ἐνναιόμενη Συρίσιοις Γαδάροις. *Atthis, quam Syri Gadari incolunt.* De Gadara siue Gadaris, nobili Coelesyriae urbe (V. Cellar. Orb. ant. II. 3, 13. p. 640.) cuius incolae Γαδάροι, Γαδαρεῖς, Γαδαρίται et Γαδαρήνοι dicuntur, sermonem esse, nemo negabit et satis iam epitheton adiectum docet: nam Syria et Assyria poetis idem. Cf. Intpp. ad Virgil. Georg. II. 465. et ad Horat. III. car. 4, 34. De Atthide contra apud omnes fere altum silentium. Solus Ptolemaeus urbem huius nominis, itidem in Coelesyria ad ripam Euphratis sitam, quae Gadarensis colonia esse potuit, memorat, sed parum ad id, quod quaeritur, testimonium eius proficit.

3. Εὐκράτεω - Χάρισιν. *Ego Musarum amicus ortum duco ab Eucrate primusque obviam factus sum Menippeis Gratiis.* (συντροχάσαι. καταντῆσαι. Hesych. et ex Küsterii emendatione Suidas.) socium me iis adiunxi, h. e. iuvenis, Menippum secutus, salibus et festivis sermonibus operam dedi. Cf. quae in Vita poetae attulimus.

5. Εἰ - θαῦμα; Deprecatur gentis infamiam. Syri enim male audiebant, ut proditores, superstitiosi levisque animi homines. Satis notum illud, quod Suidas servavit, proverbium Σύροι πρὸς Φοίνικας de hominibus callidis et malignis.

CXXVII. In Meleagri sepulchro conspiciebatur statua alati iuvenis, venabulo armati et apri pelle induti, qualis Meleager Oenei filius fingitur. Quaerit ergo auctor huius carminis, quod ego non a poeta nostro profectum, sed ab altero potius in illum scriptum esse putarim, quid significent haecce symbola, eaque simul explicat. Imitationem epigrammatis 124. facile lectores agnoscent.

1. σιβύνη. ὅπλον δόρατι παραπλήσιον. Hesych. ἀκόντιον Ρωμαϊκόν. (θηρευτικόν.) Suidas. τί εὔαδε, κατὰ τί εὔαδε, ut car. 124, 1.

4. Οὐα

4. Ἀιάζειν - ἔμαθεν. Virgil. Ecl. 10, 61. Non deus ille malis hominum miteſcere diſcit.

5. Οὐδὲ ſc. ἐνέπω. ἔμπαλι - τριγέρων *Ille enim Saturnus ſenex fingitur.* τριγέρων propr. de Pylio Neſtore, qui tres aetates hominum vixerat. V. Epigr. ἀδέσπ. 407, 4.

7. Ἀλλ' ἄρα - λέγεις. Verum tandem deprehendiſſe ſimulat. *Sapiens eſt, qui hoc ſub tumulo iacet, ναὶ γὰρ δοκέω rem enim nunc omnino perſpicio, tuque Aliger ſymbolis tibi additis nomen illius indicas.*

9. Ἐν προβολᾷ - ἐρωτογράφον. Cogitandus eſt iuvenis, ſtans in procinctu, adeoque ad utrumque paratus, tum ad ſui ipſius defenſionem, tum ad apri in ſe ruentis caedem. Hoc tranſtulit auctor ad Meleagri ſcripta, quorum finis duplex fuiſſe videtur, alter ridendo dicere verum, ſeu (cf. diſtichon ultimum) *coniungere cum Gratiis Sapientiam* (dictionis agnoſces imitatorem Menippi σπερδογελοίας, quam ipſe propriam ſibi (V. Vitam,) reddidiſſe fatetur!) alter, *Muſis et Amori litare.* Quam laudem utrum recte meruerit, nunc parum liquet. Certius de his iudicium ferre liceret, ſi poetae ſcripta, quae temporis iniuria abſtulit, ſupereſſent. De ipſa locutione ἐν προβολῇ ζῆναι egregie diſputavit, multaque, ut ſolet, congeſſit Ruhnkenius in Epiſt. crit. I. p. 70.

13. ἐπεὶ - ἥρμοσαο. V. not. ad carm. 125, 3. εἰς μίαν ſc. μοῖραν ἁρμόζειν *in unum coagmentare, conſociare inter ſe.*

CXXVIII. Epilogus Meleagricae Anthologiae. Κορωνὶς i. e. linea, quae in calce librorum a veteribus ad ſignificandum finem addi ſolebat, loquens inducta certiores lectores facit, cuius opera Florilegium ſit inſtitutum cuique dicatum, ſimulque de ipſius Collectionis pretio ſtatuit.

1. Ἃ πύμ. - σέλισι. Quod vulgari oratione ſonaſſet: „Ego coronis, quae abſolutum opus eſſe, doceo," id, ut poeta ornatius expreſſit, dicens: *Ego coronis, quae metam ultimam teneri indico cuſtosque fidelissima ſcriptis pagellis adpingor.*

ἐρχε-

ἔρικερος ab εἴργω idem est cum οἰκερὸς, sicque, quod in L. V. monendum erat, Reiskius legit. Caeterum nostro loco non ablimilis Ovidii III. Amor. 15, 2. Raditur hic elegis ultima meta meis.

3. Φαμί - ςέφανον. Iunge: Φαμὶ Μελέαγρον ἐκτελέσαι καὶ ἐνελίξασθαι τάδε βύβλῳ τὸν ἄμοργμον ὑμνοθέταν. ἠθροισμ. ἐκ πάντων ic. ποιητῶν εἰς ἕν, συμπλ. δὲ μεσ. ςέφ. ἀνθ. ἀείμνης. Διοκλεῖ. *Aio, Meleagrum esse, qui perfecerit unoque volumine comprehenderit hanc ex omnibus poetis in unum congestam seriem carminum amicoque Diocli coronam ex aeternis Musarum floribus nexam, dicarit.* Ignorant Lexica vocem Ἄμοργμος, non item Ἄμοργμα et Ἀμοργέαι. De utroque Hesych. Ἄμοργμα. σύλλεγμα, ἄρτυμα. Ἀμοργέαι. ἀποψῆσαι. Recte igitur explicabitur nostro versu ἄμοργμος ὑμνοθέτης *congeries carminum, sive flores poetici, passim decerpti:* ὑμνοθέτης enim et similia, ut abunde docuit Dorv. in Vanno critica p. 153. et ego ipse iam in L. V. ad car. 1, 2. monui, saepissime nominibus adiective adduntur. Melius saltem loco, quem e difficillimis iudico, sic consultum esse videtur, quem admissa Reiskii lectione. Nam sive iungas μόχθον ὑμνοθέταν, ἠθροισμ. ἐκ πάντων εἰς ἕνα, sive μόχθον, ἠθροισμ. ἐκ πάντων ὑμνοθετᾶν (i. e. ὑμνοθετῶν) εἰς ἕνα, vix tamen evinces, graece μόχθον, ut latine *laborem*, de quavis opera, etiam de docta et poetica dici; quid? quod locutio elliptica εἰς ἕνα nec si μόχθον repetas, nec si aliud verbum admittas, satis commode suppleri possit. Mox συμπλ. ς. μεσ. ἀείμν. ἄνθεσι *floribus immortalem* pro simplici πλέκειν ςέφανον ἐξ ἀνθέων ἀείμνηςων τῶν Μεσῶν.

7. Οὖλα - εὐμαθίας. Alludit, ni fallor, poeta ad celebrem istam Iliada et Odysseam, aureis litteris intestino draconis, centum et viginti pedes longo, inscriptam, quam, olim in Bibliotheca Constantinopolitana visam, sub finem saeculi quinti, una cum centum et viginti millibus libris, incendio infelici consumtis, periisse Zonaras narrat Annal. L. XIV. c. 2. p. 41. Tom. II. ed. Byzant. Venet. et 52. ed. Paris. Quibus admissis versum reconditioris sensus ita expono: Οὖλα δ' ἐγὼ καμφ. *Nunc ego κορωνὶς* (ἕλα pro ὅλως) *saepius complicata* hincque integrum ego et a Meleagro absolutum Anthologiae volu-

volumen ἵδρυμα σύνθρονος *iisdem in loculis repositum iri spero* δρακ. ἀώτοις *cum nobilissimo, draconis intestino commisso,* ὀπερ, τερμ. εὐμαθ. *omnia, cognitione digna, amplectente,* h. e. quo nullum aliud scientia et doctrina praestantius. Nota Homeri, ut omnis sapientiae parentis, qua inter antiquos floruit, fama frequensque carminum eius in iuventute instituenda usus, nec tamen noster in his magniloquentior, cum plurimam laudis, quam operi impertit, partem poetae illud constituentes merito sibi vindicent. Iam abunde patet, unde orta sit scriptura δρακοντείοις ἀνὰ νώτοις quantique eadem pretii. Ego quidem, ut omittam leges criticas, lectionem difficiliorem tuentes, nec quo spectent δράκοντος νῶτα, nec, quid sibi velint εὐμαθίας τέρματα nude posita, satis perspicio.

INDEX

INDEX VOCVM

quae in Stephani Thesauro vel omnino desiderantur, vel non eadem, qua in Meleagro, significatione leguntur.

Ἀιγοβάτης 49, 4.
Ἀιωρητὸς 70, 5.
Ἀκροθιγὴς 31, 8. (hinc ἀκροθιγῶς adv. Lexicographis notum.)
Ἀκρονυχὶ 39, 2. (vt αὐτονυχὶ seu αὐτονυχεί.)
Ἀκρώνυχον τὸ subst. (pro ἀκρωνυχία, ἡ v. Suid.) 72. 3.
Ἀμμότροφος 1, 20.
Ἀμορυμος ὁ 128, 3.
Ἀνδροβατεῖν 48, 2.
Ἀνθοδίαιτος ὁ ἡ 96, 1.
Ἄνταθλος ὁ ἡ 31, 4.
Ἀποπροφεύγειν 21, 2.
Ἀρτικόμης 32, 2.
Βασακτὸς 30, 5.
Γαστρὸς pro γαστὴρ 70, 6.
Γλυκερόχρως 116, 3.
Γλυκυμυθος 77, 4.
Γλυκυμυθεῖν 38, 3.
Γλυκύπαις ὁ ἡ 30, 6.
Δασυτρώγλη ἡ 49, 3.
(Δηΐχαρης ὁ ἡ 98, 2.)
Δυσδάκρυτος ὁ ἡ 53, 1.
Ἐνειδοφορεῖν 25, 3.
Ἐνελίσσειν 128, 4.
Ἐπινυμφίδιος 118, 1.
Ἐπίτηκτος 64, 1.
Ἑρκῶρος 128, 2.
Εὔφορτος ὁ ἡ 73, 1.
Ἡδυφιλεῖν 43, 6.
(Ἠλακάτη 93, 5.)
Κακοπάρθενος ὁ ἡ 123, 7.
Καλλοσύνη ἡ 77, 2. (Frequens Adiect. καλλοσύνος, η, ον Cf. Eurip. Oreſt. 1390.)
Κέρας τὸ 6, 6.
Κερανιεμάχης 10, 2.
Λιπόπυγος 59, 5.
Μελαμπίταλος 1, 14.
Μελισακτος 1, 33.
Μορ. Φεγγὴς 71, 3.
Μυροβότρυς 91, 5.
Μυρρέραντος 79, 2.
Νεοχραφος 1, 55.
Νεόρρυτος 2, 15.
(Ὀζύτορος 1, 16.)
Ὀπισθοβάτης 36, 2.

Ὀργά-

Ὀργάνιον τὸ diminut. 103, 2.
Παιδοφορεῖν 30, 4.
Πάραλος 1, 20.
Παρθενόχρως 1, 12.
Πεζόπορος 73, 6.
Πελαγίτις, τιδος (ut πολίτις, ιδος) 73, 1.
Πλευροτυπὴς 106, 2.
Πυρίβλητος 19, 2,
Σάββατος τὸ 67, 4. (Suidas σάββατον.)
Σαββατικὸς 67, 3.
Σαρκοπαγὴς 115, 12.
Σκολιόθριξ 1, 37.
Σμύργαιος 1, 29.
Σταχυόθριξ 1, 43.
Σύμπλεκτος 1, 18.
Τριπανόργος 25, 4.
Ὑπναπάτης 97, 4. 100, 2.
Ὑφηγεμὼν 24. 8.
Φερανθὴς 2, 2.
Φιλάβελος ὁ ἡ 53, 3.
Φιλάστωτος ὁ ἡ 101, 1. 103, 3.
Φορβὴ 1, 37.
Χειροτυπὴς 101, 8.
Ψυχαπάτης 47, 2.

Quanquam plagulis, quas typothetae traderem, accurate deſcribendis, ſummam curam diligentiamque impendi, prohibere tamen non potui, cum impreſſas relegere locus et tempus vetarent, quo minus quaedam, quae abeſſe malim, irrepſerint. Corrigant igitur, lectores benevolos rogo, *in Textu* c. 56, 6. ὑγρᾷ 59, 13. Αὐτὴ *in Lect. Var*, 1, 25. Ἡγήσ. 29. κλ. ramos deleta voc. Fabr. 35. Ἀναχρ. 59. 7. Brunckio, αἰθὴ ibid. quod pro quid 60, 1. nam pro non *in Verſ. Lat.* 2. 4. decora 57, 5. Noto 104, 3. Ille 105, 1. Aurorae 106, 3. ſerratis 108, 5. Vt recrees 113, 1. comiſſans ſicque etiam aliis in locis. 123, 9. Spirog *in Notis* p. 95. l. 4 pro ſimplici 96, 10. alium reſpexerit 98, 5. Modeſte 100, 17. patiantur. 116, 28 et pro te. Scabrum denique diſtichon reliqui p. 67. 33. 3. quod emendatius forte legeretur: — — cupidusque ego brachia nudo Circumdans collo g. v. t. Reliqua vitia tam levia ſunt, pleraque, ut fieri ſolet, in accentibus et interpunctione, ut apud aequos peritosque harum rerum udices nec longa excuſatione, nec ſeria admonitione egeant.